DE MAGICIS AFFECTIBVS

LIB. VI.



MEDICE', STRATAGEMMATICE', DIVINE',
CVM REMEDIIS ELECTIS.
EXORCISMIS, PHISICIS, AC CVRIOSIS.
&

DE NVCE BENEVENTANA MAGA,

AVCTORE PETRO PIPERNO BENEVENTANO
Magnæ Iurisdictionis S. Sophiæ Ben. Eminentiss. ac Reuerendiss.
D. FRANCISCI Card. BARBERINI V.C.P.O. perpetui
Abb. Protophisico, ac Med. Cubicul. Illustriss. ac Reuerendiss. Archiep. & Guber. Patriæ. &c.

AD MOMVM.


NE feries (fac Mome tuo meliora labore)
Te feriet Dæmon; præmia nostra Deo.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vic. Gener.

M. Fr. Dominicus Grauina Ord. Prædic. Curiæ Archiep. Theolog. vidit.

Felix de Ianuario S.T.D. vidit.



NEAPOLI, Typis Io: Dominici Montanari. 1635.

Illustriss. ac Reuerendiss. D.

IO. BAPTISTAE

SCANNAROLÆ

Episc. Sidoniæ, ac Præfecto Domus Eminentiss. ac Reuerendiss. D. FRANCISCI Card. BARBERINI V. C. P. O.

PETRVS PIPERNVS Ben. P.



AVra illa tuarum nobilissimarum virtutum roscida (Illustriss. ac Reuerendiss. D.) nostro Orbi fœcundum, dulceq; spiramen spargens; ita vt, eo lætitia Reales Apes frui dignantur; tum iusta, ac inconcussa tutela tua humanitate, vel officio, pro amplissimis Abbatiæ S. Sophiæ priuilegijs mihi experta, maiorem Ben. Ciuitatis partem ad gratias agendum, meq; ad tibi meam seruitutem dicandam traxere; hinc vt huius arram nunc mittam, hoc libelli munusculum, paruum subiecto, tuorum magnorum facinorum obiecto magnum, tuaq; nobilitate perpetuum; (quorum monumento, fama, fauor, honor Eminentissimæ, ac feliciss. Prolis BARBERINÆ satis testimonia reddũt) Magnanimitati, prudentiæq; tuæ offero; me exercendo inter tuos adscribas oro. Vale. Kal. Nouembris 1635. Beneuenti.

IN-

INDEX.
LECTORI.

Huius operis vtilitas, curiositas, pro indice longam ad se traderet tractationem, hæc Tibi pauca perstringens colligo.

Attu-

Chy-

Fæti-

Som-

Maxima nos, Typis, tu Lector corrige parua.

IOannæ, Ioanne 16. Laeritum, Laertium 21. iste ſſo, Illuſtriſſimo 24. ex fere, &c. 25. diuinam, diuinum, 26. rexandę, laxatæ 26. excanduxerit, excanduerit 27. conſtitutus, conſtitutas 27. Huc, hanc 27. permiſſionem, per miſſionem 27. dare hos orbes, dari hos morbos 27. ex, ac 28. Fuſtinum, venenum 29. cadere, cadauer 29. habitu, halitu 29. ſuſpendioſorum, ſuſpenſorum 30. fuſſæ, faſtæ 30. Prima præpoſitio; ſupra deficit. cap. 3. de ſexuum mutatione 31. Poſt ſurcas ſaudinas victoris, in furcis gaudinis victoria 31. vis reiendi, eiciēdi efformatur 32. Auertentes, Auerteas 33. ſeù, ceit 36. Naricibus, naricibus 38. ſeù, ceù 38. videatur, videtur 39. noluit, voluit 39. poſce, poſſe 40. quid, quod 41. vt at 42. cap. conſ. 43. quid, quod 46. ſyrocatartica, Procat. 46. honoralem, humoralem 47. ia à 47. enim deletur 47. temperamentis, tēperamenti 47. in c. 48. naſculis, muſculis 50. falſa, ſaſſa maleficis, maleficij 51. aſperſione, apertione ſi eas eos 52. te, 51. 52. celebri, cerebri 53. ianata, ſanata 53. & hunoris, vt 53. illus. Perill. 55. oblata, ablati 55. affectui, affectum repreſentene, repreſentent 55. animam, animæ 56. ſanitæ, ſanitati 60. ſallane, fallax 61. quos, quæ 61. nullum, nullam medicis, medijs 62. redendi, medendi 63. maleficiens, malefaciens; potentia petunt 63. vt, an 64. illius, illis 64. alteri, alterum 64. quali, qualis 64. peſſibus, poſtibus 65. benis, lienis 66. ſacium, ſaucium 66. hæ inhereri, in hæreſi 68. Quid quod, cenſeam, conſuam 69. vui vt, vti vt 69. ſanctum, dele. ſtatutum ſtatuti 74. quid ſi, quod ſi 74. noſtro noſtra 75. iuris &c. uiri ſuſpenſi 75. chorog. chytug. 75. medelaque, medelamque 76. intermedum, interdum 76. ſaujis, faſciis 76. Excrementitias, excrementitiæ 76. miſſus, miſſa 77. naleficijs, maleficij 77. eum, eo, ducamdurat 77. ſemper ſuper 29. confeſſionem, confuſionem 79. inſtrumeto, inſtrumenta 79. obſeſſus, obſeſſis 80. actiuum redecente æ Actiua r ecedente paſſiua in obſeſſo 80. dicta, dieta 81. magis, magicis 81. alentia, allearia 82. dipotans, dipthamus eſuia, eſula herba eſt boues æ ſemen herbæ paris. radicicis, radicis luſtratioreſque luſtrationeſque 34. 34. 82. prom. perm. 83. arcem pium, auem picum 83. aiumen acumen 83. elegant, elegantia 84. adamaſſum, adamuſſim 85. miſſione, miſtione, Sroculus, Proclus, & parte, &c. exonoratos, exonoratus verum & verum ex inſtitutione, inſtituimus 85. & quæ, ea quæ. Namq; Medicis, & operibus &; Nanq; Medicus ex operibus iucundior, quam ex ſermonibus oſtenditur 86. natura, naturalia; dicta, dieta. Eſto, exuſto 86. Magas, Magus, inſtrumentis (adde) ſed internis, vtitur 86. quia quam 87. funat, fugat calices, ſuſtitit culices ſuffitu 87. non offeretur, nobis, offertur membrea, membra ex oppugtio & eſt oppugnatio & 88. *D*emonciet, *D*æmoniaci & ouinæ, & 89. 31. vnt. 1. 90. ſuſcitaneum, ſubcutaneum 93. quommodo, quodamodo 94. expiciens, excipiens 97.

miſi


misi,mitti 97.palum, sculam 100.Dram.vnt., De drammis pro vntijs multi sunt errores, corrigendi medico iuditio vsque ad 111.orobat, probat 166.pro. 3.dic vncias sæpe 111.dectora, decocta 113.partem, affectum vel partem, vel affectum labi, albi soles, soli 113.ferum, ferrum 115.obseruatæ, obseruata 116.aliasq; aliaq; 117.aterentur, portarentur 117.Diæ Virg.die vigil.118.versit, vertit qua, quod 119.inprensinsq; inpressionesq, actiuum, actiuam 120.erbus, acerbus 121. quid, cum 124.sed cum 124.sanita, sanitati 125.hieracium, hieracliũ 126.vanum, vana 129. indaganda, indagandum sincipunt, sinciput 132.primo, primos 133. De sanctorum, dele De 147. turbas, tubas 148.etola, stola verberit, verberibus 150. & ex salutiferum, vexilæ salutiferi, vexilli honore 141.& ex 143.Deum Dei 144.salum, solum 144.De, horum 147.ceu turbas, tuba 148.vti, vri 149 legatus, ligatus 150.quicunq; quocunq; 161.o.& 161.agthot.auctor.162.gloria, gloriam 163.informus, informis 163.venite, venire 167.cap.lap.173.pillæ pillulæ 173.infusus, infusos 174. aliquo, aliquando 175.vt vnc. vt dram.potiora, fortiora 176.Rar & Abir.Raz, & Abiz 178. vituperatus, vituperatur 179.gentium, genitos 181.maleficis, maleficij 181.lecticat.iectication.repetitam repetitim, bouæ lauri, baccæ, cattotei castorei 182.hyrace, sthyrace 183.confessionem, confessionis 184. gularum gallarum 186.Dragonetæ, dragontheæ 187.fetora, plethora 187. liui lini 188.compassum, compassus oleæ, oleo 189.& ex gem.assentio, assatio 190.maius, mauis 191. veu. 193. exorcistæ, exorcizatæ 193.uteritiæ, iiteritiæ ricino, iudico indico 194.iniorificio, orificio 197. metereon, merereon 197. manducenda, manuducenda serua, seruat 197. ieiunij, ieiunijs 198.ali, alij 198.unt. 10.dram.199.regione, regimine 199.dicitur, deficit 200.sanguis, sanguinis 205. pualitate, qualitate 204.tullis, tussis 206.

Ex lib.Nucis, quadam, quidam 9.uanam, unam coconuictum, conuiuium 12.ungis, unguis 13.timeas, tineas 13.iam.uiam.casisti, Iusisti 14.quida DD.denominatur, quod denominatur 17.spumantur, spumante 20.nactatus, nact.21. Alcinas, Alcina sortia, sortita passa, fasca 22.abliciens, alliciens 23.Dæmonum, Dæmonem appareret, apparere; eleuato, elemento 23.tote, tota stercora stercoris Principis. Princeps litereæ, citeræ sit, fit 24.Meliori Fortunæ meliora, alibi Lector.

Excellentiss. ac Nobiliss. D.

CAESARI DE AQVINO Principi Petræpulcinæ Opt.

Commendatio Libri Petri Piperni.



Pallade, Marte, tui veteres pietate tenentur
Fortes & superasse pios; iam Gaspare, Thoma,
Cæsare testibus Alfonsis non dedecet ergo
Si mea scripta legat Trilici qui magnus Aquinus.




Illustriss. ac Nobiliss. DD.

D. HIERONYMO, & F. PHILIPPO MARIÆ CARACCIOLIS, Illustriss. D. Marchionis Terræcusii Catthol. Maiest, exercitum Præfecti, vel inuitti Columnelli &c. Filijs.



Nobilis ò ter Vicorum Caracciola Proles
Rauascheria Matre, reali sanguine mista
Principibus, Ducibusq; grauis; studio venerare libellum;
Nempe colunt Mauors, & Iuno Palladis acta.

O del gran Genitor veri rampolli
Quel' Hercol' nuouo, Voi nouelli Apolli



Illuſtriſs. ac Nobiliſs. D.
NICOLAO RODVLFIO Marchioni Baſilicis &c. Eminentiſſimi D. Card. quond. RODVLFI germano.

SVbdita non aris Fortuna magna Rodulfe
Munera gemmarum, fert tibi Petrus amans,
Perpetui verum; ſtirpem quo Laurentius armis
Mercurio ornauit; qua veneranda viris.

P. Pip.

Perilluſtri D.
ALEXANDRO PATRIARCHÆ V.I.D. &c. nunc Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi V. S. R. BRVNONI Sciamanni (cui maiora) V.G.P. Ben. Locumtenenti.

VRbis ſi ſtimulat regimen Patriarcha, legendi
Otia ſæpè dabit Mens tua tracta magis;
Nimirum in Mundo viuit ſine crimine nemo,
Heù, capitur; ſenſus quiſquis ab arte Magi,

P. Pip.

PRÆLVDIVM DE DAEMONIBVS.

Quoniam scire est rem per causam cognoscere, necessarium putaui, antequam ad morborum magicorum cognitionem deueniam, horum causam primario efficientem patefacere, quæ cum sint Dęmones, ideo pro Coronide de his sit.

CAPVT I. De Existentia Dęmonum supponendum.



PRius est Dęmones nihil aliud esse, quam Angelos malos; Vndè, vt eorum existentia magis patefiat de Angelis in communi videndum, an dentur. Deinde de Angelis malis; & vndè eorum malitia ortum habuit.

Et quidem quoad primum, certum est de fide dari quosdam superiores spiritus hominibus, qui Angeli appellantur non ex nomine naturæ, sed ex nomine officij, quod exercent, vt habetur ex Hębreo. 1. Omnes sunt administratorij spiritus, & in mysterium missi. Et quamuis Hębreorum Seducei, hæretici ad eorum existentiam non consentiant, vt ex Luca act. 23. colligitur, quos deindè sequuti sunt Manichęi, vt Theodoretus lib. 1. hæret. epist. & Aug. de hæres. hæresi 46. referunt, tamen vt hæretici non sunt audiendi, & optimè, & latè Episanius 1. contra hæres. hæresi 74. confutat.

Dari ergo Angelos, quamuis naturali ratione de facto nec antiqui, nec moderni philosophi inuincibiliter probare possint; Non enim inuincibiliter probat Arist. existentiam Angelorum ex motu cœli 8. Phis. dicens, quod, cum cœlum non moueatur propria vi, ab alia extrinseca subsistentia moueri debet, qualis non est alia, quam Angelica; Potest enim dici, quod cum cœlum nullam habeat necessariam connexionem cum Angelo mouente, vel moueri à prima causa, vel à virtute intrinseca, seù propria forma cœli; si enim hæc virtus elementis, & mistis sublunaribus conceditur, quare cœlo concedi non poterat? Nec inuincibiliter probāt alij Doctores ex rationibus desumptis ex D. Tho. tum ex multis locis; tum ex. 2. contra gent. c. 46. nempe, quod diuinam bonitatem decet facere creaturas quam perfectissimas, ex illo vulgatissimo principio, quod modus operandi sequitur modum essendi, cum ergo Deus sit primum ens per essentiam, debet etiam quantum potest similem sibi producere effectum, cuiusmodi est Angelica natura. Non inquam inuincibiliter probat; tum quia sequeretur omnes effectus, quos producit debere esse sibi similes, quantum potest, tum quia, cum Angelorum creatio nullam habeat cū causis naturalibus connexionem (dependet .n. ex libera voluntate Dei, quæ non nisi per reuelationem sciri potest); Ergo nullis medijs naturalibus inuincibiliter eius existentia sciri potest.

 Neque

Neque enim obstat, quod Arist. 12.met.c.7. & 8. & 1.cœli c.9. Plato lib.10. de legibus, & Mercurius Trimegistrus apud Lactantium 2. diuin.instit.c.5. naturam Angelicam cognouerint, non enim illa fuit clara, sed obscura cognitio, nec inuincibiliter eorum rationes, vt probaui, probant.

Ex sacris tamen literis; tum noui testamenti; tum ex concilijs, & patribus satis, lateque constat; Ex vet. test. litteris psal.90. Angelis suis mandauit de te &c. psal. 8. minuisti cum paulo minus ab Angelis. 2. Regum 19. Tu domine mi Rex sapiens es, vt Angeli Dei &c.

Ex noui testamenti Mat.11. neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli, & 26. & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum. Ad Heb. 12. accessistis ad cœlestem Hierusalem, multorum millium Angelorum. Ex concil. Ex concilio Niceno: factorem cœli, & terræ visibilium, & inuisibilium, sed clarius ex concil. Later. 2. c. firmiter de summ. Trin. Creator omnium spiritualium, & corporalium, qui vtramque de nihilo condidit creaturam, Angelicam, & humanam.

Ex patribus Dionisius lib. de diu. nom. Athan. quest. ad Antiocum Damas. lib. 2. c.3. Hieron. ad epist. ad Ephes. Greg. 2. moral. c. 3. & homel. 34. in Euang. Et denique Scolastici omnes Mag. sent. in 2. d. 2. Alber. D. Tho. Scotus &c. vnica assertione Angelos existere concordant.

CAP. II. *De essentia Angelorum.*

Visa Angelorum existentia, remanet nunc, vt eorum essentiam perquiramus, an scilicet sint corporei, vel incorporei, & spirituales.

Et quidem prima facie videntur esse corporei; tum quia in forma corporea semper apparuerunt quibus apparuerunt, vt legitur 2. Tob. 12. quando Raphael apparuit ei in forma humana, & dixit se esse vnum ex septem Angelis, qui stant antè Deum. Habraam, quando tres vidit, & vnum adorauit, ad ostendendum mysterium Trinitatis. Tum quia multi patres hoc dicere videntur, veluti Aug. lib. 21. de ciuit. Dei c.10 & in Enchiridion c.19. Idem videtur dicere D.Th. de malo q. 16. quæ est de Dęmonibus ar. 1. Bernar. c.5. de cosi. Orig. lib. 1. Perhier. in proemio circa finem. Episcopus Thessalonicensis, cuius testimonium refertur in 7. synodo ar.5. Tertullianus lib. 2. contra Marcionem c.8.

Sed his non obstantibus dicendum puto, quod quamuis non sit hæreticum dicere esse corporeos; tum propter tot patrum autoritates; tum quia non dum Ecclesia hoc declarauit. Nam quamuis concil. Later. sub Innocentio 3. & vt refertur in c. firmiter de sum. Trin. & fide catol. appellet naturam angelicam, naturam spiritualem, hoc non dicit ex instituto, decidendo hoc, quod est requisitum diffiniendi de fide, vt ait Valen. q.2. puncto 1. sed id obiter, & ex suppositione loquitur; Inquit.n. Bagnes, & Miranda in summis conciliorum, solum super hæc verba concilium definisse Deum esse Auctorem omnium corporalium, & spiritualium, visibilium, & inuisibilium, & Angelorum imagines esse venerandas, & ad hunc finem esse depingendas. Tamen omninò esse spirituales, & totam rationem corporis essentialiter excludere. Quod probatur, tum ex communi consensu Ecclesiæ quæ plus quam quadringentis ab hinc annis communi Theologorum voce inoffenso pede defenditur; Tum ex concil.

cil. Lat. sup. allegato, quod quamuis ex instituto non loquatur, id tamen sentire videtur, cum dicat vnum esse omnium principium Deum, qui creator fuit visibilium, & inuisibilium, spiritualium, & corporalium, qui vtramq; ab initio temporis condidit creaturam spiritualem, & corporalem, Angelicam, & mundanam, humanam vero esse spiritu, & corpore constitutam &c. ergo cum dicat Angelum esse creaturam spiritualem, omnem corporis rationem ab eo excludere videtur. Nam non alia ratione dicunt Theologi Deum, & animam rationalem excludere omnem rationem corporis, quia ex scripturis, spiritus esse legitur, de Deo Ioan. 4. spiritus est Deus. De anima rationali Eccles. 12. reuertatur puluis in terram suam, & spiritus redeat ad Deum. Ioan. 19. in manus tuas Domine commendo spiritum meum. Ergo cum in scripturis etiam legatur Angelos esse spiritus psal. 103. qui facis Angelos tuos spiritus. Hæbr. 1. omnes sunt administratorij spiritus &c. concludendum est, ipsos quoque esse incorporeos.

Tum ex Patribus, Dionys. diu. nom. c. 4. cuius verba sunt hæc Vt corpore, inquit, ac materia vacare intelliguntur, & vt mētes pręstanti modo intelligunt. & deindè subdit esse speculum incorporeum perfectissimum Deum exprimētes & c. 7. ait carere materia, & multitudine .i. admistione, & de cœles. Hierar. c. 1. & 2 ait Angelos expertes esse materia, & sola mente concipi posse.

Idem sentiunt Ignatius in epist. ad Tullianos, Irenæus c. 54. & 55. Gregorius Nyssenus in lib. de orat. in illa verba Fiat voluntas tua, Chrysost. homil. 22. in genesim, Leo epist. 91. c. 6. Cyril. lib. 4. &c.

Tum ex Doctoribus Molina a. 1. circa medium, Bagnes q. 51. a. 1. conclus. 2. Vasq. disp. 178. c. 3. in fin. Val. disp. 4 q. 2. par. 1. §. 1.

Tum ratione Nam certum est Angelos esse spiritus superiores hominibus iuxta illud psal. 8. minuisti eum paulominus ab Angelis, ergo perfectiorem modum essendi habēt ab hominibus; sed modus essendi hominum est per corpus, & spiritum: ergo & modus essendi Angeli est per spiritum sine corpore. Nam cum Angelus sit creatura media inter Deum, & hominem, Deus est actus purus, excludēs omnē compositionem tam physicam, quám methaphysicam, homo est actus compositus includens compositionem physicam, & methaphysicam, ergo Angelus cum sit media creatura inter Deum, & hominem, debet excludere esse purum, & compositionem physicam, & admittere solum compositionem methaphysicam, sed compositio methaphysica excludit omnem rationem corporis, vt patet ex metap. ergo Angelus debet excludere esse corpus, ergo est incorporeus. Vnde Plato lib. 25. de amore dixit, quod amor sit magnus, Dęmon medius inter mortalem, & immortalem, ac subdit etenim omnis natura Dęmonum inter mortales Deosq; est media.

Ad argumenta, ac auctoritates Patrum, & Doctorum in contrarium Resp. & primo ad primum de apparentia Angelorum in forma corporum apparuerunt, in forma corporum conceditur; ergo sunt corporei, negatur consequētia. Nam cum Angelus sit spiritus habet dominium super omne corpus, & sic potest assumere, & formare sibi omne corpus, siue hominis vt legitur de Tob. siue Tauri vt contingit in Apulea in monte Gargano, siue aliorum animalium, prout ipsis placet, quæ omnia non sunt corpora propria per informationem cum anima, vt est in homine, sed totum per assistentiam, & ratio

huius esse potest, quia quando Angelus apparet hominibus, debet se conformare cum natura hominum, & quia natura hominum est corporea, nam etiam si habeat animam spiritualem, eius tamen intelligentia, cum sit alligata corpori, & in compositione, cum homo constet ex materia, & forma, ex corpore scilicet, & anima; & in operatione cum ex Arist. in lib. de anima oporteat intelligentem phantasmata speculari, idcirco quando apparet illis, & in compositione, & in operatione illis conformatur, in compositione per assumptionem corporum, in operatione formando in illis modo nostro verba, sicut enim vox in homine formatur in organo, & fit per percussionem aeris ad asperam arteriem, vt ait Arist. in log. de verbo; Ita Angelus in corpore assumpto per assistentiam in illo format organum, & percutit aerem, & more nostro loquitur. Ex tali igitur apparentia non arguitur Angelum esse corporeum.

Ad auctoritates autem Patrum, & Doctorum sup. cit. resp. vel sequutos fuisse opinionem illo tempore florentem, & idcirco dixi non esse hæreticum dictum, vel explicandos, dixisse quidem esse corporeos hoc modo, vel esse corporeos .i. habere dominium super omne corpus, cum Angelus possit omne corpus assumere; vel esse corporeos non simpliciter, sed respectiuè ad Deum qui est actus purus: nam sicut nos solemus dicere, quod quando adest aliquis insigniter doctus, & alius doctus, solemus inquam dicere, quod doctus est ignarus, non simpliciter, cum simpliciter sit doctus, sed respectiuè est ignarus, quia facta ęquiparantia cum insigniter docto, doctus dicitur ignarus; Sic nos dicimus, quod cum Deus sit actus purus omnem excludens compositionem, siue physicam ex materia, & forma, siue metaphysicam ex genere, & differentia, Angelus vero sit ens creatum, metaphysicam admittens compositionem, sine dubio respectu Dei non solum corporeos, sed si aliquid aliud de illo dici posset diceretur.

CAP. III. *De existentia, & essentia Demonum.*

VIsa ergo existentia, & essentia Angelorum in communi videndum est in spetie de existentia, & essentia Dęmonum, vbi videndum est primo, an dentur Angeli mali, qui Dęmones appellantur. Et quia duplex est ratio illos inuestigandi, à priori altera, altera à posteriori. A priori quando res per sua principia cognoscuntur. A posteriori vero, quando cognoscuntur per suos effectus. Ad existentiam ergo Dæmonum probandam ratio à priori inuincibilis (sicut de Angelis in communi probauimus) dari non potest; Quia cum tàm Angeli boni, quàm mali creatio, quoad naturam immediatè a Deo pendeat, non nisi per reuelationem, & scripturis sciri potest: etsi ergo ratione à priori eius existentia probari non possit, à posteriori tamen euidentissima ratione probatur. Et quia rursus ratio à posteriori duplex est, intrinseca altera quæ ex effectibus oritur, altera extrinseca, quæ habetur ex scripturis, idcirco vtraque ratione Dæmonum existentiam tali pacto probamus. Et primo ratione à post. intrinseca.

Nam multos effectus superiores status naturæ alicuius videmus in his, qui cruciantur à Dæmonibus v.g. videmus multos, qui sunt ignari, & rudes in

loquendo

loquendo, & quando cruciantur à Dæmonibus, sæpe prædicunt occulta, & secreta, quæ viribus naturæ cognosci non possunt, loquuntur .n. ignotis linguis, latina, græca, hebraica &c. ergo cum illi effectus non possint oriri à natura illius, qui cruciatur, debent oriri ab aliqua substantia intellectuali, secundum naturam superiorem, quæ sensu percipi non potest, quæ alia esse non potest, nisi Dæmon. Nam hoc non potest oriri ab homine malenconico, vt vult Arist.sec.30.plobematum,quia cum illi effectus sint in natura miri impossibile est ab humore illo generari, cum tantæ virtutis esse non possint. Neque à prima causa, cum isti tales sæpe sæpius ad praua opera excitentur, quorum auctor non est Deus, cum sit summa bonitas; Neque ab Angelis bonis, cum potius Angeli boni ad salutem illorum, quàm ad ruinam tendant. Neque ab animis separatis, quia cum sint eiusdem rationis cum animabus illorum, qui cruciantur, non possunt super illos dominium habere, ergo cum totum hoc ad nullam horum causam reducatur, non nisi ad Dęmones confugiendum esse puto.

Ratione verò extrinseca; Tum ex profanis; tum ex sacris literis.ex prophanis Arist. 3.Reth.18 de generat.animal.11.& 3.de hist.animal.& multis plerisque in locis. & Hippo.lib.de morb.virg. & lib.de morbo sacro. Immo,& alij profani, quando aliqua miracula videbant fieri à sanctis Dei,illa statim magicæ arti tribuebant, quæ ars,cum sit dæmoniaca, & cognitionem illam haberēt necessario etiam Dęmonum cognitionem habere debebant, vt de hoc passim in sanctorum legendario legitur.

Ex sacris verò litteris multis,pleraque in locis habentur. sed breuitatis causa, hæc pauca adducam. Mat.4. Ductus est Iesus à spiritu in desertum, vt tentaretur à Diabolo.1.Petri.1. Aduersarius vester Diabolus.Deut.32. Immolauerunt Dæmonis, & non Deo. Iob 1. vbi dicitur Diabolum deambulasse terram. cum ergo his, & similibus locis Dæmonum existentia habeatur, si quis eos negaret, hæreticæ prauitatis notam non effugeret.

Maior autem difficultas est eorum essentiam indagare: nam quamuis sup. de Angelis in communi visum est, esse spiritus. Dæmones autem corporeos esse videntur, illosq; compositionem ex materia, & forma phisica admittere. Nam vt refert Aug. 8. de ciuit.c. 4. Veteres philosophi animalia rationalia diuidebant in Deos, Dæmones,& homines. Dijs cœlestia corpora, hominibus terrestia,Dæmonibus aūt aerea tribuebāt. Quòd idem videtur affirmare Arist. qui putauit intelligentias mouentes cœlos esse incorporeas. Dæmones aūt esse animalia aerea, vel ignea,vt patet ex 8.phis. 78.& 79. & 12.met. 41. & 51.quam opinionem Platonicam etiam esse idem August.8.de ciuit.c. 14. & 15.affirmat.

Idem ex sacris scripturæ locis colligi videtur, vt ad Ephes. 1. Princeps aeris huius &c. ad Ephes. 2. contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, vbi colligit Caietanus Dæmones corpora habere aerea; secundum Principem .n. (ait) potestatis aeris huius crediderim Dæmones esse spiritus aereos, & id consonare rationi. Sic etiam Dæmon vocatur Draco psal.Draco iste,quem formasti ad illudendum &c. vocatur leo 1. Petri 1. Aduersarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens, vocatur serpens, serpens antiquus &c. quæ omnia, cum sint nomina animalium, animalia esse videntur.

Ac tandem de illis dicitur Mat.25. cruciari igne corporeo, & vt refert

Augu.

Aug. 21. de ciuit. c. 16. delectantur varijs rebus corporeis, & ab illis aborrent, delectantur sono, odoribus sacrificiorum, aborrent sale, sulphore &c. Quæ proprietates, cum cóueniant propriè corporeis animalibus, corporea animalia Demones esse iudicandum videtur.

His tamen non obstantibus contrarium asserendum puto. Nam si Dæmones essent animalia. Vel essent animalia composita ex materia, & forma corporea, & extensa, vt sunt bruta, vel ex materia corporea, & extensa: forma verò spirituali, vt est homo, vel ex materia, & forma spirituali; Sed nullam horum compositionem admittere possunt; ergo neque animalia esse admittendum.

Non primum, quia cum Dæmones sint intellectuales, & cognoscitiui, vt ipsi Platonici, & alij Philosophi admittunt, vtramq; partem corpoream, & extensam admittere non possut; quia ratio cognoscendi ex d. Th. pr. par. q. 14. a. 1. oritur ex immaterialitate, & spiritualitate, gradus enim immaterialitatis, est gradus, & mensura cognitionis, quod experientia ipsa patet. Videmus .n. quòd, quò magis res est materialis, & insensibilis, eò minus est cognoscitiua vt patet de lapide, & similibus, quia sunt omnino insensibilia, omnino etiam omnem gradum cognitionis excludunt, & sic passim inter animalia bruta, quò magis admittunt aliquem sensum, eò admittunt aliquam cognitionem, & de homine, quia admittit partem spiritualem, nempè animam, quam non admittunt alia bruta, idcircò omnium brutorum maiorem habet cognitionem, & de Deo, quia est summè spiritualis, est etiam summè intellectualis; ergo cum Dæmones sint intellectuales, etiam spirituales esse debent, ergo vtramq; partem corpoream, & extensam admittere non possunt.

Non secundum vt est homo; tum quia vt supra probaui de Angelis in communi, Demon quoad naturam est creatura media inter Deum, & hominem, ergo hominis compositionem admittere non potest; Tum quia illa materia esset radix extentionis corporeæ, & consequenter redderet Dæmonem corporeum, hoc autem esse non potest, quia in tanta multitudine in corpora humana intrare non possent, cuius contrarium legitur Lucæ 8. vbi habetur in vno solo corpore legionem Dæmonum fuisse, quæ legio secundum Molinam plusquam sex mille sex centos sexaginta sex Dæmones continet, quomodo autem tot corpora in tam paruo corpore, etiam si minima, vt arena maris penetrare posset? Tum quia, vt sic haberent organa, & sensuum tactus; ergo corpus haberent mixtum ex primis qualitatibus, in quarum temperamento fundatur tactus; ergo corpus haberent alterabile, & corruptibile, quod nec philosophi, nec sacra scriptura admittunt, cum de illis legatur Mat. 15. Ite in ignẽ æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius: & in epist. B. Iudæ eos vinclis æternis sub caligine reseruauit. Tum quia, vt vult philos. cognitio materiæ oritur ex transmutatione substantiali; ex tali enim transmutatione probant dari tria principia, nempè materiam, formam, & priuationem in composito; Cum ergo in Dæmonibus nulla appareat talis transmutatio substantialis, neque ex materia, & forma compositio apparere debet.

Neque tertium, nempe ex materia, & forma spirituali, tum quia gratis fingitur, tum quia ad nihil deseruiret: nam ex D. Tho. a. 2. vbi Caiet. omnis compositio est propter aliquam operationem. Ista autem compositio in Dæ-

mone ad nullam operationem deseruiret, non enim deseruiret ad recipiendas species, vt est in homine, qui intelligit per species emendicatas ab obiectis, cum ipse intelligat res per species innatas, vt est commune Theologorum; neque ad recipiendam intellectionem, nam cum ipsa sit immanens, recipitur in ipsomet intellectu, vt in principio à quo elicitur: neque ad recipiendum motum localem, nam cum Diabolus moueatur localiter Iob 1. vbi dicitur Diabolum deambulasse terram, in motu autem locali ex Arist. 2. met. c. 2. necesse est intelligere materiam in eo, in quo recipitur, nomine enim materiæ, intelligitur potentia ad vbi, quæ in Dæmone conceditur, ergo nullo modo danda est talis compositio: ergo probatum remanet Dæmones nullo modo esse animalia.

Ad auctoritates, & rationes in contrarium resp. & primo ad illam Arist. & Platonis, de illis non esse curandum, nam cum vera cognitio Dæmonum maximè à principijs fidei oriatur, qua ipsi caruerint, eorum rationes in hac materia efficaciter non probant. Vel explicandos esse, non loquutos esse propriè, sed impropriè, nempè fieri animalia aerea, vel ignea per corpora assumpta, & non propria. Ad loca autem scripturarum resp. scripturas loqui non quod Angeli sint spiritus aerei, sed quia habitant in aere, nam quando è cœlo per peccatum ceciderunt, in omnibus quatuor elementis, iuxta criminis grauitatem, remanserunt; illi ergo qui remanserunt in elemento ignis, vocātur spiritus ignei, illi, qui in aere, spiritus aerei, qui in aqua spiritus aquei, & qui in terra spiritus terrei; Vnde clarè constat non ex natura, sed ex habitatione nomen traxisse, sicuti etiam dicuntur Satanas, .i. aduersarius, quia semper paci aduersantur, Demon .i. periti quia quantum naturaliter sciri potest, sciunt, & Diaboli, .i. deorsum fluentes, quia per peccatum eiecti fuerunt è cœlo, vt habet Isid. lib 8. etimol. c. 11.

Ad illud, quod crucientur igne corporeo resp. ex August. 21. de ciuit. c. 10. non cruciari ab igne, tanquam per virtutem naturalem, sed vt instrumento, quod eleuatur à diuina potentia, per virtutem, seu potentiam obedientialem; sicut n. per potentiam obedientialem eleuatur aqua in sacramento baptismi ad producendum gratiam in anima, sic eleuatur ignis in Inferno ad cruciandos Dæmones, & animas damnatorum. Ad illud, quod delectentur rebus corporeis, resp. ex eodem Aug 22. de ciuit. c. 60. quod illis rebus non alliciuntur, vt animalia cibis, sed vt spiritus mouentur signis.

Quibus omnibus præmissis Dæmonem describendum puto, quod sit spiritus intellectiuus, immundus euiternus omnem rationem corporis, & phisicam compositionem excludens.

Dicitur spiritus intellectiuus, loco generis, cum per hoc conueniat cum Angelis bonis, & animabus separatis, & in conceptu substantiæ, & in conceptu intellectiui.

Dicitur immundus, ad differentiam Angelorum bonorum, qui propter perseuerantiam bonorum gratiæ, dicuntur spiritus mundi.

Dicitur euiternus, quia fuit in tempore creatus, & semper durare debet.

Dicitur omnem rationem corporis, & phisicam compositionem excludens ad differentiam brutorum animalium, & ad differentiam animæ rationalis, quæ quamuis separata à corpore, & vnita cum illo dicatur spiritus, tamen

quia

quia eſt compars illius, ſemper dicit ordinem ad illud.

Vnde ex hoc colligitur, quòd ex eo, quod eſt ſpiritus, eſſe ſubtiliſſimum, & velociſſimum in agendo, & ſupra omne corpus dominium habere, poſſe illud penetrare, & in varia forma apparere.

Ex eo, quod eſt intellectiuus, ſcientiam naturalem non amiſiſſe, habet .n. omnium naturalium perfectiſſimam cognitionem, eſt enim perfectiſſimus philoſophus, Aſtrologus, Mathematicus, Medicus, &c. Omnium lapidum, herbarum, & animalium virtutem cognoſcit. Vnde ex ingenij acumine, & ſubtilitate, applicando actiua paſſiuis, herbarumquè, lapidum, & animaliũ virtutem, mira in mundo operari poteſt, iuxta illud Iob, non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei.

Ex eo, quod eſt euiternus, habet quod à cauſa naturali corrumpi non poteſt; eſt tamen per abſolutam Dei potentiam annihilabilis.

Ex eo, quod eſt immundus habet, vt non poſſit benè operari, ſed illam ſcientiam, quam habet ſemper in eius inimiciſſimæ naturæ humanæ detrimentum, propter inuidiam illi conceptam, applicare, in qua malitia vnus eſt alio ſuperior, iuxta illud ad Epheſ. 6. aduerſus Principes, & poteſtates, aduerſus mundi Rectores.

Ex eo, quod excludit rationem corporis, & phiſicam compoſitionẽ, ſequitur nullũ laborem in operãdo ſentire, nam ictu oculi, ſeu morula temporis mundũ totum & mare abſque labore peragrare poteſt, omniaq; elementa perturbare.

Ex eo quod excludit compoſitionem phiſicam, non excludit tamen metaphiſicam ex genere nempè, & differentia, cum omnes conditiones, quæ ad methaphiſicam compoſitonem requiruntur, in Dæmone reperiantur, quæ vt volunt phil. inter alias ſunt iſtæ.

Prima vt natura ſit finita, & creata: Dæmon autem eſt finitus, & creatus.

Secunda vt ratio generica ſit vniuoca, & talis eſt natura Dæmonis, nam tam boni, quàm mali Angeli in natura Angelica vniuocè conueniunt.

Tertia vt in genere lateant æquiuocationes, vult .n. Ariſt. vt genus ſit contrahibile per differentias oppoſitas, quarum vna ſit perfectior alia, & Dæmones, & Angeli boni, vt vult Aug. contra Priſcillaniſtas ad Oroſium c. 11. Nazian. 2. orat. 2. de Theol. & Chriſoſt. homil. 4. in geneſim ſunt inæquales in perfectione, adeoque latent in illa ratione generica æquiuocationes.

Ac tandem quarta vt differentiæ ſint ſuperadditæ generi, & hanc etiam habet nam datur conceptus Angeli, & tales Angeli, Dæmonis in communi, & talis Dæmonis. Cum ergo natura Dæmonum habeat omnes conditiones, ad compoſitionem metaphiſicam requiſitas, iure illam admittere ſequitur.

Quæ deſcriptionis explicatio confirmari poteſt per deſcriptionem D. Bonau. quam affert in compendio Theologiæ, quæ ita ſe habet. Dæmones ſunt ſpiritus impuri, humani generis inimici, mente rationales, in nequitia ſubtiles, cupidi nocendi, per ſuperbiam tumidi, ſemper in fraude noui, immutant ſenſus, inquinant affectus, vigilantes turbant, dormientes per ſomnia inquietant, morbos inferunt, tempeſtates concitant, in lucis Angelos ſe trãſformant, ſemper Infernum ſecum ſuum portant, in Idolis ſibi cultum diuinum vſurpant, ſuper bonos dominari appetunt, magicæ artes per eos fiunt, bonis ad exercitium dantur, ſemper fini hominis inſidiantur, &c.

Ex quibus verbis patet, quanta eorum malitia sit, & inimicitia contra genus humanum. Quare iurè hic quæri potest, vndè talis malitia, & contra genus humanum inimicitia ortum habuit.

Ad quod breuiter respondetur huius quæsiti decisionem pēdere ab illa quest. quam exagitant Theologi, quod nam fuerit motiuum malorum Angelorum, per quod è cœlo ceciderunt, & tantam inimicitiam contra genus humanum contraxerunt. Quare ab re non erit, si aliqua de casu diaboli dicamus.

CAP. IIII. *De casu Diaboli.*

EX Iacobo de Val. in explic. ps. 81. hanc questionem difficilem esse habetur, eo quod Moyses nec scripsit, nec explicauit casum diaboli, eiusq. rationē assignat, quia cum scriptura diuina sit via in Christum redemptorem, & quia solus homo redimēdus erat, & nō diabolus, quia eius volūtas post electionē remāsit inflexibilis, vt diffinitur in c. firmiter de Sum. trin. & fide cath. & habetur ex illo Petri 2. & ex Iuda in sua canon. idcirco illis, nec scripsit, nec explicauit.

Et si ergo ex eius scriptis eius casum non apparet, apparet autem in alijs; tum veteris, tum noui testamenti, tum etiam ex Gentilibus; ex Gentilibus memorat Celius Rhodog. Homerum de Atecanete luciferi è cœlo lapsum cognouisse; tum inter philosophos anticos phereusdem Pythagoræ doctorem casum huiusmodi quoque recitasse, quē Empedocles etiam significasse à Plutarco de fænore, idem Auctor scripsit.

Ex vet. testamenti Esai. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui dicebas in corde tuo &c. & Ezzech. 28. nu. 20. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, & perfectus decore. & infra, perfectus in vijs suis à die conditionis suæ, donec inuenta est iniquitas in te, quæ verba, & si fuerint dicta, prima contra Regem Babilonis, secunda contra Regem Tiri, ad literam tamen de casu diaboli à spiritu Sancto intelliguntur, non quidē per se, sed vt idē Val. ait, per accidens.

Per se autem ex noui testamenti litteris clarius patet, & declaratur primo ex illo Ioa. 8. vbi de diabolo dicit, quod ab initio homicida fuit, & in veritate non stetit. Lucæ 10. Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Apoc. 12. & draco pugnabat, & angeli eius, & non valuerunt, neq. locus inuentus est eorum amplius in cœlo, & proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, qui seducit vniuersum orbem. Ex quibus verbis colligitur vt habet D. Th. ar. 7. & videre est apud Tertullianum lib. 1. contra Marcionem c. 10. supremum Angelum cecidisse, magnumq; numerum secum traxisse; dicit namq. illum fuisse principem Angelorum inter cœlestes ordines eminentissimum. Idem habet Chrisost. homil. de Adam, & Eua, & homil. de lapsu primi hominis. Aug. ij. de canes. ad lit. c. 19. & 26. Hier. in illud Tob. 4. ipse est initium viarum Dei. Vnde concludunt Patres cum D. Th. alios Angelos peccasse occasione illius, quod probat ex illo Apoc. 12. vbi dicitur, draco cauda sua tertiam partem stellarum traxisse, idest Angelorum, Et quamuis ista expositio sit incerta, tum quia non fit mentio de prælio Angelorum, sed de prælio draconis cum hominibus, tum quia alij exponunt de Antichristo, qui in fine mundi deiciet tertiam partem hominum, qui propter doctrinam, & sanctitatem, tanquam stellæ emicantes elucere dicuntur, quos tamen sua falsa doctrina,

na, falsisque miraculis secum trahet; tamen alij de casu diaboli cum suis angelis exponunt, sed si ista expositio videatur incerta, melius probari potest ex illo Matth. 15. Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius, idest paratus est diabolo supremo peccanti, & Angelis eius sequacibus.

Hanc veritatem confirmat D. August. super Gen. & lib. 11. & 12. de Ciuit. Mag. sent. in 2. d. 7. Ait ergo Aug. diabolum cecidisse per peccatum superbiæ, quæ est appetitus propriæ excellentiæ, & peruersæ celsitudinis; appetiuit namque æqualitatem Dei, vt ex illo Esai. 14. habetur, Statuam solium meum super astra cœli, & ero similis Altissimo, vbi exponens prædictus Iacobus de Val. ait diabolum non appetijsse æqualitatem Dei secundum æqualitatem æquiparentiæ, & commensurationis, quia illa ei erat impossibilis. Impossibile autem vt impossibile non poterat appetere, cum eius peccatum fuerit ex electione; sed secundum æqualitatem communicationis proprietatis, & perfectionis. (Scio hic esse multas Theologorum opiniones, quas breuitatis causa relinquo) sequuta ergo prædicti Val. expositione, ait diabolum in suo peccato hunc ordinem seruasse. Postquam enim creatus fuit, simul cum cælis, & è contra. Quia super omnes illas creaturas erat nobilior, (hoc enim sibi vult Lucifer, quasi luci plenus) considerando nobilitatē illā super omnes creaturas, seipsum cum sua delectatione amauit, imperiumque vniuersi appetiuit, & quia secundum nonnullorum grauium Theologorum opinionem, reuelatum ei fuit misterium Incarnationis Verbi, vbi natura humana, per naturam ipsi inferiorē per gratiam, & vnionem hypostaticam debebat esse ei superior, eamq; adorare, vidit sedem illam superiorem preparatam pro Christo venturo, qui totius vniuersi Dominus futurus erat, & tunc peruerso appetitu pro se illam sedem appetiuit, vnde ex tali superbia odium, & inuidiam contra Christum venturum concepit, & sic dicitur Ioa. 8. quod diabolus homicida fuit, quia nimirum per inuidiam mortem Christo futuro desiderabat, & tandem facta coniuratione cum alijs persuadebat illis, non benè iudicandum hominem natura ipsis inferiorem, ab ipsis esse adorandum, quare ex meritis naturæ præsumpsit sedem illam, in qua regnaturus erat Christus in contēptum Dei conscendere, illamq. contra eius voluntatem vsurpare.

Ex alia vero parte Michael cum suis sequacibus obediens Deo, de cœlo Luciferum superbum cum omnibus angelis sibi adherentibus deiecit, Iuxta illud & proiectus est draco ille magnus &c. ante cuius deiectionem post eius creationem Thomistæ ponunt duo instantia, Scotistæ vero tres moras, vt ait Ananias lib. 7. N. D. Vnde ex hoc duæ Ciuitates ordinatæ fuerunt; Peruersa altera, & inobediens; Altera verò iusta, & obediens. Prima incepit ab amore sui vsque ad contēptum Dei; Secunda ab amore Dei, vsque ad contēptum sui, hæc constituit Ciuitatem Dei, illa constituit Ciuitatem diaboli, illa ad gloriam coronata, ista ad pęnas damnata, in qua tria præcipuè scelera remanserunt; primo remansit ostinatio, quia post peccatum voluntas diaboli remansit inflexibilis, nec reatum, nec culpam suam cognoscendo. Secundo indelebilis inuidia, & odium contra Christum, & contra omnes homines, qui successiuè illas eorum sedes per humilitatem possident, quas ipse per superbiam, & ingratitudinem perdidit, & ideò creato homine in terrestri paradiso, statim ad tentandum illum descendit, semperque homines, vt sint Deo rebelles, & sibi pœnarum so-

cios,

cios, tentat. Tertio appetitus dominandi, & sic ex inuidia Christi, semperq; vt ab hominibus adoretur, quærit, & hoc fuit suum motiuum introducendi in orbe terrarum Idolatriã, superstitiones, & detestabiles ritus, semperq. homines ad artes magicas, sortilegia, & nefanda sacrilegia deducere nititur, & sic iniquitatem, quam in illo primo peccato contra Christum concepit iugiter parit.

Ex quibus verbis constat dæmonem generis humani propter Christi inuidiam fortissimum inimicum esse, iuxta præallegatum Iob 14. non est potestas, quæ cõparetur ei, Cum ergo sit tam fortissimus, iure quæritur, an ista fortitudo ita extollatur, vt per ipsam possit liberum hominis arbitrium cogere? Quæsit.

CAP. V. *An demon possit liberum hominis arbitrium cogere?*

AD maiorem huius quæsiti elucidationem premittendum puto ex Magist. sent. in 1. d. 25. libertatem hominis in nihil aliud consistere, quam in quadam differentia voluntatis respectu actus, seu operationis futuræ, quam ex imperio vult elicere, quod idem est, ac si dicamus, quod libertas est illa, quæ positis omnibus requisitis in actu primo ad operandum, potest homo operari, & non operari; Et quia homo dupliciter suos humanos actus potest elicere, quo ad specificationem nempe obiecti, & quoad exercitium illius, idcirco duplex est libertas; quoad specificationem altera, & est illa, per quam voluntas ita in vnum obiectum tendere potest, vt possit etiam in oppositum illius tendere, & hanc ordine ad obiectum malum, & bonum non habuit Christus, quia hæc, vt inquit Aug. non est perfectio, sed imperfectio libertatis; altera quoad exercitium, & est illa, quando voluntas ita exercet actum secundum vt licet non possit exercere contrarium, possit tamen cessare ab illo; Quæ quidẽ libertas adhuc dupliciter subdistinguitur, in libertatem scilicet, quæ est formaliter in actu, & est illa quando quis vult primario aliquem finem, & in libertatem, quæ est causaliter in actu, & est illa, quandoquis posito quod vult finem, vult necessario media, quæ necessitas non excludit libertatem, quia ex quo liberè vult finem, per denominationem, & causalitatem illius, intelliguntur etiam liberè volita media. Quibus præmissis quæritur hic, an omnibus istis modis possit hominis liberum arbitrium cogi.

Circa hanc quæst. quatuor reperio opiniones. Prima est Astrologorum dicentium hominis liberum arbitrium ad bonum, & malum corporum cœlestium influxu cogi posse, quare concludunt quod, quando vnus est liberalis, seruitialis potius pauper, quam diues hoc totum habet, quia natus est sub planeta lunæ; Quod vnus sit eloquens, sub Mercurio, quod vnus sit musicus, lasciuus, &c. sub Venere. Quod vnus sit contemplatiuus, despiciens mundum, ad officia, & dignitates fortunatus, sub Sole. Quod vnus sit bellicosus; sub Marte; quod vnus sit affabilis, generosus, gratiosus, in rebus suis audax &c. sub Ioue. Quod vnus sit auarus, tristis, macer, pallidus mendax, & falsus, sub Saturno.

Probant eorum intentum primo, quia experientia docet multos inclinatos ad vitia, à quibus se abstinere non possunt, & si ab eis quæras, quare à talibus non se abstinent, respondent non posse, quia ad talia à cæli costellationibus inclinantur, & coguntur.

Secundo, quia possunt dari lapides cogentes hominum voluntates. Ergo multò magis corpora cœlestia, quæ per influxum eorum dant talibus lapidibus virtutem. Probatur autē exemplo de Moyse, qui ducens vxorem Æthiopissam in Ægyptum, Aaron & Maria frater, & soror, eo quod matrimonium cum forensibus contraxerat, contra eum turbati sunt, cum Moyses esset peritissimus Astrologus in duobus annulis duos lapides sculpsit, habentes virtutem, vnus memoriæ, & alius obliuionis; Annulum memoriæ retinuit pro se; obliuionis verò dedit vxori, & sic se ad inuicem diuiserunt; ergo dari possunt &c.

Secunda est dicentiū cogi à Deo. Probant aūt scriptura primo per author. Ioa.6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Quare sic formatur ratio. Trahitur homo à Deo, ergo violentatur, ergo cogitur. Probatur consequentia. Tactus est motus violentus ex Arist.3. phis. ergo si homo trahitur à Deo; ergo violentatur, & cogitur ab illo.

Confirmatur ex illo prou. 21. Cor Regis in manu Domini ad quodcumq; voluerit vertet illud. & Lucæ 14. dicitur compelle eos intrare.

Tertia est dicentium cogi à Tyrannis. Probant quia á subditis suis per vim tormentorum quidquid volunt, habent, non solum verbis, sed etiam factis; ergo illud, quod dicunt & faciunt non est liberum, sed coactum, & non nisi à Tyrannis; ergo hominum voluntas à Tyrannis cogitur.

Quarta tandem, & vltima est dicentium cogi à dæmone, & sic videtur dicendum dęmonem posse hominis liberum arbitrium cogere. Probatur primo ex scrip. Apoc.12. Ve terræ & mari quia descendit diabolus ad vos habens irā magnam. 1.para. 21. Consurrexit sathan contra Israel, & incitauit Dauid numerare populum. 1. Petri. Aduersarius vester diabolus &c.

Secundo ex Patribus Augu.16.q. 2. c. visis illis verbis. habet ille hostis antiquus mille nocendi modos. Damas. 2. sent. Omnis malitia, & omnis immunditia à diabolo sunt excogitata. Beda super actus Apost. Diabolus animam in affectum malitiæ trahit. Dion. 4. c. de diu. nom. Multitudo dæmonum est causa omnium malorum sibi, & alijs.

Tertio, ratione, nam quotiescumq; homines faciunt aliquod graue peccatū, naturaliter inclinantur ad dicendum, Diabolus fuit; ergo ex hoc colligendum est, eorum liberum arbitrium cogere; Probatur consequentia à pari, nam inter alias rationes, quas afferunt philosophi ad probandam immortalitatem animæ, est, quia naturaliter homo appetit immortalia, heroicas enim faciunt actiones (vltra immortalium cogitationes) vt eorum nomina apud homines immortalia viuant; ergo eodem modo, quia naturaliter homines diabolum fuisse eorum peccatorū causam dicunt, naturaliter cognoscunt eorum liberum arbitrium cogere.

Quarto, tandem patet à post. nam certò constat per vim maleficiorum homines cogi ad id, ad quod maleficia illa inclinant, per vim enim illorum coguntur homines ad morbos grauesque passiones, delirāt enim alij, alij ad amorem, alij ad odium, vsq. ad mortem non solum sui, sed etiam aliorum coguntur, vt fertur exemplum in lib. quod dicitur, Fortalitium fidei de casu, quod accidit in Regno Galliæ; Erat enim quidam Iudæus maleficus, qui cum esset amicus cuiusdam ministri iustitiæ, obtinuit ab eo cor hominis Christiani, quem exigente iustitia squartarat, deditque illud suæ vxori ad custodiendum, & mulier

prudens,

prudens, exigente illo Iudæo cor hominis, dedit ei cor porci, Iudæus autem credens se habere cor hominis, in quodam latissimo campo sepeliuit cor illud porci, in quo campo paulo post venit multitudo magna porcorum, qui mutuò bellantes, omnes se occiderunt. Iudæus captus à iustitia, dixit, quòd idem euenisset inter homines, si illud cor hominis Christiani, ibi sepultum fuisset; Vndè ait, ideo hoc feci, quia dæmon me seduxit; ergo probatum remanet posse dæmonem hominis liberum arbitrium cogere.

His tamen non obstantibus, dicendum tamen est liberum hominis arbitriũ, seù voluntatem, nec à Deo (de potentia ordinaria) nec ab vlla creatura nullo modo cogi posse.

Conclusio est de fide, & contrarium hæresis.

Probatur, tum ex Gentilibus, tum ex Scripturis, tum ex Consilijs, tum ex Patribus, tum ratione.

Ex Gentilibus Arist. in 3. ethic. homo est principium suarum operationum, & in eodem loco, nos sumus domini nostrarum operationum. Tul. 2. Rhet. Voluntatem in omnibus spectare conuenit. Senec. ad Luc. omne peccatum actio voluntaria. Salust. in Iugur. Dux, atq; Imperator vitæ mortalium animus est.

Ex scrip. Ecclef. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, & c. 31. qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit, Psal. 118. anima mea in manibus meis semper.

Ex consil. ex cõsil. Senonensi in decreto fidei 15. illis verbis. Non tale huiusmodi trahentis Dei auxilium, cui resisti non possit. Ex concil. Trid. sess. 6. c. 5. loquens de gratia efficaci illis verbis. Quippe qui, & illam abijcere potest, & can. 4. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, neque posse dissentire, si velit, anathema sit, ex concil. Arausic. can. 25. &c.

Ex Patribus, August. de spiritu, & lit. c. 34. In omnibus misericordia, præueniet nos, consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire propriæ voluntatis est, & lib. 1. de gratia Christi, c. 14. quis autem non videat, & venire quẽquam, & non venire arbitrio voluntatis? & lib. de eccl. dogmat. c. 2. Initium nostræ salutis Deo miserante habemus vt acquiescamus, aut salutifere inspirati, nostræ potestatis est. & in 1. & 3. de lib. arb. Nulla alia re mens nostra fit forma libidinis, nisi propria voluntate, & 5. de ciuit. c. 10 sunt nostræ voluntates in nobis, quæ ipsæ faciunt, quidquid volendo facimus, siuè bonum, siuè malum.

Ambros. 15. q. 1. c. Non est, quod nostram cuiquam ascribamus ærumnam, nisi nostræ voluntati. Irenæus lib. 4. c. 71. qui operantur bonum, gloriam percipient, quoniam operati sunt, cum possent non operari.

Clemens Pap. epist. 3. ante medium. Si quis audiens sermonem veri Profetæ, velit recipere, aut nolit, & amplecti onus eius, habet in sua potestate, liberi enim sumus arbitrij. Cyril. contra Iul. lib. 8. circa fin. Anselmus, Damas. &c.

Ex Scholasticis D. Th. p. 2. q. 10. ar. 4. illis verbis, Voluntas est actiuum principium non determinatum ad vnum, sed indifferenter se habens ad multa, sic Deus ipsam mouet quod non ex necessitate ad vnum determinat, sed remanet motus eius contingens, & non necessarius, nisi in his, ad quæ naturaliter mouetur. & 2. sent. d. 28. q. 1. ar. 1. Non esset homo liberi arbitrij, nisi ad eum determinatio sui operis pertineret. Erueus in 2. d. 25. q. 2. Gong. 9. met.

q. 17. Capreol. in 2. d. 25. q. 1. a. 3. ad quartum Schoti contra 1. conclus. Ferr. 3. contra gen. c. 259. §. ad euidentiam. Caiet. a. 2. §. ad hoc dicitur. Sotus de natura, & grat. c. 11. & in fin. 4. sent. Ægidius art. 2. §. sunt autem. Schotus in 2. d. 25. §. idem. Abulen. in c. 19. Mat. q. 175. Vega lib. 6. in Trid. c. 7. Corduba lib. 2. q. 53. dub. 10. respon. 5. Zumel 1. par. q. 14. ar. 13. ad tertium ante secundum a. Bellar. lib. 1. de gra. c. 12. &c.

Probatur tandem ratione. Primo directe, secundo ex absurdis. Directè libertas (vt sup. dictum est) est illa, quæ positis omnibus requisitis ad operandum, potest homo operari, & non operari, velle, & nolle; Sed positis in homine omnibus requisitis ad operandum, potest operari, & non operari, potest enim currere, & non currere, velle, & nolle, moueri, & non moueri, vt discurrenti patet; ergo homo est intrinsecè liber; ergo eius arbitrium cogi non potest.

Probatur ex absurdis, quia si homo non esset liberi arbitrij, itaut eius libertas cogi posset; tolleretur ab eo omnis meriti ratio. Meritum enim, vt est commune Theologorum fundatur in libertate ex Clemen. Alexan. lib. 8. aduersus Iul. circa fin. Hilar. in 2. psal. illis verbis, quod nullum fructum, nullum honorem, nullum præmium voluntas mereretur propter opus bonum, si vis quædam voluntati conserta, .i. impressa, malum esse non sineret; Hoc autem est absurdum, Immò hæresis magna Luteranorum; ergo &c.

Ad opiniones in contrarium respondetur, & primo ad Astrologos dicentes liberum arbitrium cogi ab influxu corporum cœlestium, & pro solutione supponendum est ex Dionis. 4. de diu. nom. quod diuina prouidentia hunc ordinem in rerum natura posuit, vt inferiora regantur per superiora, & minus nobiliora per nobiliora, & non è contra, sic habet Arist. 1. met. à virtute superiori reguntur ista inferiora; homo ergo cum componatur ex corpore, & anima, vt ait Arist. 2. de anima, & 5. met. & Mag. in 2. d. 21. quoad corpus, quia secundum presentem statum est mortale, corruptibile, & passibile est inferius, & ignobilius quolibet corpore cœlesti, quod est incorruptibile, & ideò recipit ab illo influentiam, dispositionem, motum, ac variationem; Alioquin non posset saluari, cur ab illis influentijs tot infirmitates, & morbi in humanis corporibus oriuntur, cur in innouatione lunæ lunatici fatuitant? certè ad illam rationem decurrendum est. Quoad animam verò quia est nobilior quolibet corpore cœlesti, cum anima sit intellectiua, cœlum verò minime, ideò, quoad suas operationes, non potest illam necessitare, & quia actio libera est operatio animæ, excludens intrinsecè omnem rationem corporis ex Philos. 3. de anima, Virtus intellectiua non alligatur organo corporali, ideo homo, quoad actiones liberas à corporum cœlestium influentijs cogi non potest, & ideo concludendum est non cogi eos ad liberas actiones, qui sub prædictis planetis nascuntur, sed tantum habere ad illas virtutes, seù vitia inclinationem quandam, ratione corporis, quod talem influentiam recipit, quare.

Respondetur ad illud, quod multi sunt vitiosi, & non possunt se ab illis vitijs abstinere, quia sunt sub tali planeta orti; falsissimum enim est, quia & si habeant indirectè aliquam inclinationem ad illa, ratione influentiæ corporum, quia tamen sunt ratione præditi, possunt illa cohibere, iuxta illud Ptholomei in Centiloquio, Sapiens dominabitur astris. & S. Tho. in opus. 9. ex stellarum

dispo-

dispositione nulla necessitas inducitur homini ad agendum, sed quædam inclinatio sola, quam sapientes moderando refrenant. Et quamuis multis difficile videtur illa vitia posse cohibere, hoc nō oritur, vt inquit Albertus in 2. compen. c. 56. ex sola constellatione, quia hanc superare possunt, & non adducit vim, sed ex vna parte est mala constellatio, ex alia verò malus habitus, & hic, cum conuertatur in naturam, illam maximam difficultatem inducit.

Ad illud de lapidibus resp. Quod illi lapides potuerunt habere aliquam inclinationem indirectè super Moysem, & vxorem suam, non autem eos cogere.

Ad illud de Deo respondetur. Deum non cogere voluntatem, quia illam creauit, & reliquit liberam. Ad scripturas in contrarium respondetur ex Ricc. 4. d. 15. illa verba Non intelligi de tractu violento, sed de tractu per inclinationem voluntatis, quod idem est, ac si dicamus (traxerit) idest suauiter alliciendo, vt colligitur ex Aug. homil. 26. illis verbis, ramum viridem ostendis oui, & trahis illam, & poeta, trahit sua quęque voluptas, certum enim est tactum istum non esse per coactionem, sed per allectionem; sicut enim per ramum viridem ita allicitur ouis, vt non cogatur per illum, ita homo sic allicitur per ea, quæ interius ostenduntur à Deo, vt per illa non cogatur, & sic respondendum ad alia, & similia scripturarum loca.

Ad illud de Tyrannis respondetur, quod quamuis possint cogere corpora, non possunt tamen cogere voluntatem, possunt enim subditi potius mori, quam voluntatem eorum facere, vt patet de multis Sanctis, qui potius propter Christi fidem mortui sunt, quam contrarium facere.

Ad illud de dæmonibus respondetur negandum esse posse hominis voluntatem cogere. Ex illis autem scripturæ locis, & patribus, colligitur tantum dæmonem esse fortissimum inimicum humanæ naturæ, non autem humanā voluntatem cogere. Nam quamuis eius potentia sit magna super terram, vt supra probatum est ex illo Iob 41. Pijssimus tamen Deus ipsam limitauit, vt ex illo Pauli 1. Corint. 10. satis constat illis verbis Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentū, vt possitis resistere, Quam veritatem confirmat D. Tho. 2. d. 21. a. 2. illis verbis. Licet dæmonis potentia sit maior potestate hominis, tamen, quoad aliquid non est maior, scilicet quoad liberum arbitrium, quod cogi non potest.

Ad rationem, quod naturaliter homines commisso peccato inclinantur dicere, quod diabolus fuit, respondetur ex D. Th. 3. q. 80. ar. 3. 1. par. q. 14. a. 4. 3. par. q. 8. ar. 3. Bonau. 2. d. 15. & Riccar. ibidem &c. quod dupliciter aliquis pōt esse causa alicuius rei: Vno modo, tanquam causa directa, & principalis, vt quando quis immediatè & sine alicuius suasione v. g. furtum committit, tunc ille talis dicitur causa directa illius furti; Alio modo, tanquam causa indirecta, & persuasiuè, vt quando quis præcipit, consulit, vel suadet, vt aliquis v. g. committat furtum, tunc iste talis non dicitur causa directa illius furti, quia non ipse immediate facit furtum, sed dicetur causa indirecta illius furti, quia suadet, vel præcipit &c. tale furtum.

Hoc supposito respondetur in forma, Diabolus fuit causa directa, & principalis, & negatur, fuit causa indirecta, & persuasiua, & conceditur. Et sic intelligendi etiam sunt Patres cum dicunt quod dæmon est causa omnium malorum,

lorum, & similia, intelligendi enim sunt quod sit causa indirecta, non autem directa. Quod ex eo patere potest, nam in actibus liberis, nihil potest esse causa directa alicuius actionis liberæ, nisi qui potest mouere voluntatem, voluntas autem hominis non nisi à duobus moueri potest; aut enim à semetipsa, aut à Deo; à Deo non potest moueri ad malum, cum sit summa bonitas, vt ex Aug. lib. 83. q. Deo auctore non fit homo deterior. Immò ex hoc apparet maxima hominum libertas, cum malum contra Dei voluntatem faciat; ergo cum non possit moueri ad malum à Deo, tanquam causa directa mouetur à se, & non á diabolo, vt ait Orig. illis verbis, quod si dæmonium non esset, adhuc homines haberent appetitum sibi, & venenorum, & Bernar. serm. 21. super cant. Tolle propriam voluntatem, & non erit infernus.

Ad illud de maleficijs respondetur, neque per vim illorum hominum voluntates cogi, quod si aliquando contrarium videamus, vt per illa, alij ad amorem, alij ad odium, morbosque inducantur; Hoc fit, si agitur de morbis vt ait Martinus lib. 3. pag. 10. quia est perfectissimus medicus, & cum omnium herbarum, lapidum, animaliumque cognitionem habeat per applicationem naturalium naturalibus contrarijs potest illos inducere. Si de odio, quia vt supra dictum est habeat potestatem super omne corpus, potest mouere irascibilem, & sic confundendo sensus ad sui, aliorumq; odium mouere. & sic responderi potest ad exemplum de mago Iudæo. Si de amore, vel odio, (prout in intentione) cum hic agatur de libero arbitrio flectendo maior est difficultas. Respōdendum tamen est, neque per illa maleficia liberum arbitrium cogi, quod si aliquando euenit, hoc non fit cogendo, sed persuadendo: Nocte enim, dieque rem amatam, vel odiosam tentat, quoadusque suum prestet consensum, concupiscilem inflammationem, vel antidotis, simplicibusque naturalibus, vel per eius existentiam mouendo humores, irritando, & accendendo, vt ad suum trahat finem. Quod si deindè talibus venenis infecti abstinere non possunt, hoc ex malo habitu non ex coactione procedit.

Quod totum exemplo respond. Iustinæ, & Cypriani confirmatur. Cyprianus enim tempore, quo erat magus (postea .n. fuit martyr) cum Iustinianam Christianam Virginem ardenter amaret (re desperata) cum cantionibus, ac veneficijs ad eius libidinis assensum allicere conaretur, & cum neque hac via posset, Dæmonem consuluit qua nam, id re consequi posset. Cui dæmon respondit, nullam artem aduersus eos, qui verè Christum colerent illi processuram: illis verbis. Ego non possum in hac re, nisi tentationibus, & persuasionibus, cum Christi fideles illis fortiter resistant, prorsus inutilis remaneo.

Benè ergo responsum est, nec posse hominum voluntates dæmonem cogere, nec malorum omnium directam causam esse, & cum sit per Christi potestatem vndique catenis victus, tanquam canis non mordere, sed latrare tantum valet. Hæc cum meo germano Sac. Theolog. imbuto D. Abb. Sanctæ Mariæ Actorum Ioannæ Pip. nostro instituti, tuæ vtilitati scribebam.

CAP. VI. De Dæmonum diuisione.

VT melius dæmonum, ac maleficiorum differentias cognoscamus liceat exarare scripta Trithemij lib. Quæst. ad Max. Cæs. q. 5. docentis sicuti dæmones

dæmones in poteſtate acumineq; ſuptilitatis ab inuicem differunt, ita maleficicorum quoq; poteſtas non eſt in omnibus vna, ſed in ſingulis, pro ut dæmonibus concurrunt natura ſuptilioribus vel groſſioribus diuerſa. Multa.n.ſunt genera dæmonum, & certis inter ſe gradibus diſtant ratione locorum, in quæ cadentes à principio ſunt detruſi.

Primum quidem genus dæmonum appellatur igneum,quod circa ſuperiorem peruagatur aerem,nec vnquam ante Iudicij diem ad inferiora demergitur,ſed continuo ſub regionibus permanentes ſublunaribus,nullum habent cũ hominibus in terra commercium: ac ſubdit,nulla ſunt eis cum maleficis conſortia, quoniam cum demorentur in igne propter ſubtilitatem ſuam non poſſunt corpus groſſum ſiue aereum induere, hic mea ratione, fallitur, cũ omnis dæmon ſit ſpiritus ſubtiliſſimus,ergo non repugnat corpus aſſumere ac inuadere vt alij,hac ſententia eſt Picus in ſtrige. ni velis dicere non ita vt alij.

Secundum genus aereum dicitur,quod in aere errans nobis propinquo commoratur: hi quidem poſſunt ad inferiora deſcendere & aſſumptis de craſſiore aere corporibus quandoq; hominibus apparere;aerea,permittente Deo,ſæpius turbant,tonitrua & tẽpeſtates concitant,& omnes ſimul in perniciem humani generis, more hominum, affectionibus mouentur, paſſionum ſuperbia maxime & inuidia,tanguntur q; perturbationibus continuis, & nec ſolido veſtiuntur corpore, nec vno conſiſtunt loco, nec vnam omnes formam habent, ſed plurimas eaſq; ſæpius mutant ſecundum varietatem affectionum, quibus vel occurrunt,maleficarum carminibus euocati, vel impulſi perturbatione ad nocendum, maleficæ horum dæmonum operatione ſuffultæ,tanto ſunt ad maleficandum potentiores, quanto ſuperiorem ex eorum ordine concurrentem fuerint aſſecutæ,S.Ambroſius dixit,plenus eſt mundus ſanctarum virtutũ,quia eſt plenus nequitiarum.

Tertium genus dæmonum terreſtrium dicimus, ex his autem dæmonibus alij verſantur in ſiluis, atq; nemoribus, qui venatoribus ponunt inſidias, alij vero pabulis degunt in campos,qui nocte aberrare faciunt itinerantes:nonnulli demorantur in locis abditis atq cauernis, reliqui cæteri minus furioſi demorari cum hominibus in obſcuro delectantur Ex his quidam gaudent ſolis illuſionibus territare homines,alij prædictionibus futurorum in admirationem ſui trahere cupiunt audientes: nonnulli vero ad hoc ſummo conatu laborant vt homines irrationabili furore turbatos,aut melanconia furentes terreãt, lædant, vel occidant, quod experientia ſæpius factum agnouimus: hinc,S. Chryſoſt. 3. de prouid.omni actione diabolica potentior eſt ad nocendum magnitudo mœroris,quia dæmon quoſcunq; ſuperat.per mærorem ſuperat,eum ſi auferas nihil a dæmone lædi quiſquam poterit. Hoc autem genus dæmonum raro eſt maleficis familiare propter inconſtantiam, affectionem,& læuitatem, qua territare multos gaudent potius, quam vnius mulierculæ ſubeſſe imperio.Commorantur tamen interdum & pollicentur veſanis, in vitro, aut criſtallo, ſiue ſpeculis, & carminibus concitati reſponſa dant mulierculis, & ſiquis venturus in via eis maledixiſſent pronunciant. Et hoc maleficarum genus multum differt a reliquis, quia quod illæ maleficio reddunt infirmum, iſtæ curare pollicentur. Verum quia maleficium vt plurimum refellunt,maleficio earum acceſſus ab Eccleſia omnibus interdicitur Chriſtianis.

Quartum genus dæmonum denominatur aquaticum, quoniam se humoribus immergens circa fluuios & lacus cohabitat, ira plenum, turbatum, & inquietum, & fraudulentum, tempestatesq; mouens, vitamq; auferens in aquis, & dum apparet, fœmineo sexu vestit, nonnunquam vero cum hominibus loquitur & varias ludificationes exercet, & hoc genus non consueuit cum maleficis habere commercium.

Quintum genus subterraneum dicitur quod in speluncis, & cauernis, montiumq; remotis concauitatibus demoratur, & isti dæmones afflictione sunt pessimi, eosq; inuadunt qui puteos, & metalla fodiunt, & qui thesauros in terra latentes quærunt, in perniciem humani generis paratissimi, hiatus efficiunt terræ, ventosq; flammiuomos suscitant, & fundamenta edificiorum concutiunt, noctibus aliquando de montibus turmatim egressi mirandas, stupendasq; in campis ducunt choreas, & quasi vnius Ducis metuentes imperium subito euanescunt ad signum, & ad sua diuerticula reuertuntur, interdum nolarum inter eos auditur sonitus, & se nonnumquam spiritus hominum vitam defunctorum mentiuntur, nihil magis quærunt quam motum hominum & admirationem, vnde habemus compertum quod simpliciores homines quosdam nonnunquam in sua latibula montium duxerunt, stupenda mirantibus ostendentes spectacula, & quasi Beatorum ibi sint mansiones amicos viuorum se mentiuntur. Ex his quoq; dæmonibus quidam incubones sunt thesaurorũ quos auaritia mortalium in terra abscondit, & ne rursus in vsus perueniant hominum eos subducunt, furantur, & custodiunt, & quandoq; de loco ad locum transportant: & hoc genus dæmonum cum maleficis mulieribus nullum consueuit habere commercium (sed fallitur hic)

Sextum genus dæmonum appellatur lucifugum quia nec diebus vnquam apparent, nec alio modo corpus assumere possunt quam de nocte. hoc est genus dæmonum inperscrutabile ac penitus tenebrosum, passionibus frigidis agitatum, malitiosum, inquietum, & perturbatum, ꝙ occurrentes homines violenter comprimit, nocturnis horis, sæpiusq; Deo permittente, aut flatu quosdam interficit, aut contactu, Maleficis non conuenit hoc genus dæmonũ, neq; carminibus arctari potest, quia lucem fugit, & vocem hominum simulq; & omnem tumultum.

Aereum maxime ad maleficia fœminarum consueuit occurrere, non est cæteris omnibus magis subtile & audacissimæ temeritatis.

Terrestrium quoque, nulli vt est dictum maleficis subseruiunt, qui tamen inferiori gradu habiti maiora illa maleficia inducere non possunt.

Sed huius viri discursus quamuis magna ex parte non repugnat, in multis peccat, saltem propter verborum ambiguitatem, vt dum dicit, hoc genus dæmonum commercium nullum cum mulieribus maleficis habere consueuit, fateri nos decet dæmonum potentiam esse disparem, at permittente Deo omnes posse concurrere ad maleficia; Verumtamen apparentius est hoc genus dæmonum, vt plurimum, & secundum diuersos effectus, quam illud concurrere, sunt vero omnes ad damnum inferre parati.

Postremum Not. quod cum Angelorum diuisio sit assignata à S. Greg. in Moralib. in tres Hierarchias vel sacros principatus, & hierarchia omnis in tres ordines, vnde relucet mysterium trinitatis, ex vnitate enim Hierarchiæ inuenitur

nitur vnitas diuinæ essentiæ, & in tripartito ordine ostenditur trinitas personarum; & ipse quidem Deus Trinitas, qui omnia operatur in singulis diuidens. In Seraphin charitas: in Cherubin veritas: in Thronis æquitas. In Dominationibus Maiestas: in Principatibus Principium: in Potestatibus potestas. In virtutibus virtus: in Archangelis lux: in Angelis pietas, ac in quolibet Angelo refulget vestigium Trinitatis, cum insint essentia, virtus seu potentia, & operatio & sic omnes Angeli benedicunt Dominum, Trinitatem & vnitatem insinuantes. S. Thom. p. p. per totum, & 2. d. q. 1. ait quod in quolibet ordine sunt multi Angeli, & Angeli vnius ordinis non sunt equales; Ac in cap. nouit in domo de primæ d. 2. Cassanæus, 3. par. 6. consid. Catalogi. G. M. in quolibet ordine sunt sex mille sexcentæ & sexaginta sex mansiones: in qualibet mansione possunt esse tot regna, tot ducatus, tot comitatus, tot nationes, tot prouinciæ, tot ciuitates, tot domus. Et in qualibet domo tot sedes, seu loca. N. 6666. Et in qualibet sede seu loco, de quo dicitur, nomina vestra scripta sunt in cælis, est anima, & quando omnia ea loca replebuntur (vt multi pij calculant) adueniet extremum iudicium, & in quarum qualibet constituit vnum Principem, & in primo isto ordine Seraphin constituit Luciferum, & in quolibet alio posuit alium tãquam capitaneum, qui quidem Lucifer suam pulchritudinem conspiciens superbiuit, & traxit secum de omnibus Hierarchijs, & ordinibus seu choris, tertiam partem, seu numerum nobis infinitum, vt alibi dixi, ipseque, vt superior malique inuentor ad inferni imum pænat, cum in quo quis peccat in eo torqueri debet gl. fin. in c. si quis 94. dist. & Bald. in conf. 237. vel quos simili culpa inquinat, par etiam pæna constringat, iuxta Tex. in l. si quemquam, C. de epi. & cl.

His digressis concludamus maximi adiuuaminis esse, vt exorcista, sacro imperio suo cogendo aperiat cuius ordinis sint, vel sint dæmones qui causare solent quomodocunque affectiones, vt deinde vtetur vltimo nostro monitorio in l. de cur. diuin.

Illatio pia, nec remota pro immortalitate.

EX his probatis, probandisque suffocentur in aquis salsis sapientiæ, Ve nati male iuuenes, qui non Gentiles, non Hæbrei, non Barbari, &c. sed tanquam bruta, epicureorum seu Atheorum sectantes sensum, animam nostram Dei imaginem & sponsam, Angelis similem, mortalem esse in hæresi manent, contra quos quia benè, & bellè irruit Philipp. Faber. Fauent. ideo superfluum rescribere iudicaui.

LIBER PRIMVS

PETRI PIPERNI BENNI PROTHOMED.

De existentia Magorum, Magicarumque Affectionum seù morborum, electis Pulchrisque sententijs munita.

CAP. I.



EX sæpissimis obseruationibus morborum magicorum, & in Ciuibus, & in exteris Beneuenti miris inspectis, summi Opificis, eiusque Athletæ Bartholomei gloria & honore, tum vtili communi, facilitatique, nec non vt posteri hæreditent quod intellectus à Deo optimo maximo habuit, cum (vt docuit V. I. D. D. Ouidius de Amicis in præf. de iure emph. triste sit decedere sine hærede) ideo de ijs agere me pia facta impulerunt. Et quamuis qui hoc opus tractarunt sunt quidam, attamen ex obseruatis vel distinctè tractationem hanc difficillimam in huiusmodi praxim nullum inuenio reduxisse. Medici enim cum versantur circa corpus à causis naturalibus mutatum, vel mutandum de origine transnaturæ ordine mnon curant, multique morbi remedijs non cedentes, insani delere linquntur, vel propter eorum visitandi fastidium, vel ne doctorum gloria dedecorentur, ad mutandum aerem mittunt, qui medicamentis nostris antedæmoniacis curare possent.

Dari vero hos morbos etsi ex dæmonum existentia, naturaque iam supra probata clarum esset, tamen vt res locupletior, magisue particularis fiat.

Probatur, ac supposito quod dæmones, sint inclinati ad hominum damna, & vt Symiæ valde appetere adorationes, hisque ad nutum quo ad motum localem, alterationem, & delusionem, corpora naturalia obediant, quæ sapienter callent, omnes morbos excitare posse immediatè, vel mediatè certum est, qui cum sint cuncausati à malo mago appello magicos.

En ad probationes volunt primum locum etiam Poetæ, non dicam ambitiosos, ostentatores, callidos, vanos, fabulosos venereosque, contra quos malos irruit opusc. proprio Hieronym. Sauonar.

Homerus in Odiss. cum sanguinem Vlissis incantatione restringit, & alibi, non profitetur artem veneficam? Virgilium mirum magum fuisse in Chronica Partenopensi Euangelistæ præsenzani legimus; qui cap. 18 magica arte aurea fabricata musca putridorum in bonum aerem transmutasse ait. Ac omne genus muscarum de macellis ad nutum Octauiani Augusti relegasse refert Falix Malleol. t. 2. de exor. 25. Tum eŭdem æris imagine sub influxibus quibusdam planetarum composita vento aprili fructus deuastanti oppugnasse memorat ille cap. 23. & de incantato hortulo cap. 24. ac de lapide incantato pro piscium abundantia cap. 25. de duobus capitibus pro viatorum omine in porta Nolana

posi-

positis, de ouo excantato in arce del ouo, & multas alias excantationes viro illo indignas, vt legere est apud Præsenzanum, quod confirmans Theoph. de compos. metall. de nola quadam sic memorat. Ita & non ægrè persuadebimini Nolã vergilij talem fuisse cuius ille pulsu adulteros & adulteras in Regis Arti aula qui erant adeo timore perciti, & perculsi, vt constellata vertigine subito oborta non secus, ac fulmine acti de Ponte in flumen delabarentur, quod nolite autẽ putare hanc historiam, vt Fabellam narrari, cũ verissimè, ita acciderit.

Quod nimirum si de magica vi belle cecinerit in Pharmacentia.

Verbenusque adole pingues, & muscula thura coniugis, vt magicis sanos auertere sacris; experiar sensus.

Et 4. Aeneid. vt alios communiores omittam locos.

Hæc se carminibus promittit soluere mentes,
Quas velis, ast alijs duras immittere curas,
Sistere aquam fluuijs, & vertere sydera retro,
Nocturnosque ciet manes, mugire videbis.
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

Prudens etiam de Mercurio scribens ait

Murmure nam magico tenues excire figuras,
Atque sepulchrales scire incantare fauillas,
Vita idem spoliare alios ars noxia nouit.

Porphyrius his versibus suam nigromantiam confirmat.

Cessa nunc tandem, & verbis iam parce reuicto,
Da requiem soluens priscas, cadensque figuras,
& remoue à membris, ac lintea dura resolue.

Ouidius in Epist. Hypsiph.

Deuouet absentes, simulacraque cerea fingit,
Et miserum tenues in iecur vrget acus.

Et 1. Eleg de lena inter quæ.

Hanc ego nocturnas versata volitare per vmbras
Suspicor, & pluma corpus anile tegi.
Suspicor, & fama est, oculis quoque pupula duplex
Fulminat: & geminum lumen ab orbe venit.
Euocat antiquis proauos, atauosque sepulchris.
Et solidam longo carmine findit humum.
Hæc sibi præposuit thalamos violare pudicos.
Nec tamen eloquio lingua nocente caret.

Empedocles sic apud lacritum.

Pharmaca, quis pellas morbos leuesque senectam
Percipies, quæ cuncta tibi communico soli.

Tum Princeps lyricæ latinæ Epod. ode 5.

Non vsitatis (rare) potionibus.
O multa fleturum caput.

Ad me recurres: nec vocata mens tua
Marsis redibit vocibus,
Maius parabo, Maius infundam tibi
Fastidienti poculum:
Priusque cælum sedet inferius mari,
Tellure porrecta super:
Quam non amore sic meo flagres, vti
Bitumen atris ignibus.

Nec pigeat, quæ pulchra sunt transcribere ex lib. 1. de sapientia ode 41. Iesuitæ, Masculi ad Del Rio.

Abominati damna venefici
Narras. sub atra nocte volatiles
Striges, & Harpyas nocentes
Vnguibus, & lamiarum amara.
Noui cruoris guttura; prouidus
Sed tollis auctor semina turpium
malorum. vt execrata vota
Iudicio patuere ritè.
Patrum seuero, deterioribus
Luctare monstris: non vigil Hercules
Decernit æque, non pudicus
Bellorophon, rapidusque Perseu.
Vt totus imo fundo Acheron furit?
Vt alta Auerna, inuisaque Tanaca,
Laruasque, & innanes Cyclopas
Prodis agens, lemuresque nigros?
Fœdum videri Morphea, spiritu
Graues & hircos, oraque Cerberi,
Matrique detestata, charis
Et pueris simulacra Vitis?
Seu tu proteruum, seu famulum genus,
Lares recenses, spectraque montium,
Simosque Siluanos, timendum,
Panaque cornigerumque vulgus.
Vt horret artus hispida liuidos,
Et torua vultum Saga? comantibus
Hydris capillos implicata,
Et magicam furiata mentem.
Duplex ocellis pupula fulminat
Vibrans acutis ignibus: enecat

Fo-

Fatalis obtutus, venitque
Sulphureo grauis ore nidor.
Iam, iam sepulchris exuti impios
Horrenda manes, exululans Stygas,
Circum minaces ora bustis
Pros ut stetit omne Ditis.
Examen atri; tabida adest lues
Depascit amantes strenua luridos,
Furorque cædis sponte, & amens
Seuities; furit ecce fœta.
Phythone diro Thessalis, ebrios
Lymphata sensus; assilit. insilit
Empusa qualis crure aheno
Sanguinis it sitiens pauentes.
Cursatus cunas, & miseras domos
Incestat, artus pollice differens
Molles adunco, perque succos
Tabificos tenuans medullas.
Illam seueræ frontis Erinnies,
Illam gigantum monstra tricorporum,
Stipantque Centauri biformes
Et nocuæ comitantur umbræ.
Iam prompta tractat læua malas dapes
Radice vulsa rupibus asperis
Venena confunditque amara
Nunc Styge, nunc grauεolente lerna.
Quod sæua possint gramina collium,
Tortoque rhombo concitata licia
Sat nouit, attractuque fruges
Sanguineis rubuere guttis.
Aut illa amanti pocula miscuit
Circæa, surdo murmure carminum,
Marsis & excantata verbis;
Aut animos inimicat iris.
Vtcumque casta coniuge deripit.
Fastidiosum iam thalami, vt iugo
Diduxit, infunditque tædis
Immemorem sine amore lethem.
Heu quis gemiscit languor amantium
In sententium? quis furit igneis
Æstus medullis, atque venis?

Q

Quanta cor implicuit chimara?
Squalent acuta cuspide saucia
Cera, laborantum miserabiles
Forma, cruenta pallida ora
Pectoraque & laqueis reuicta.
Nunc sæua sacris temperat impijs
Medea, & atra Gorgones abstinent
Tandem furoris: namque vindex
Pæna pede assequitur citato.
Inquirit omnem materiam mali
Iudex sacrorum, atque abdita callidus
Vestigat, & cum sagaci
Dira superstitio tenetur.
Deuota fraudes expiat, expiat
Flamma, & furentes Mulciber edomat:
Vacant inanes officinæ
Colchidos, atque Hecatea fana.

Mirandolanus in himnis de Cynope Mago, ità & Cynopem Magiæ confisum dispulit altæ mentis Ioannes, &c.

Sed ne nimis molestus reprehendar, taceo, Ouidianos alios locos, vt in Metamorph. 14. in Epist. Tibullum, 1. eleg. & 8. Propertium, lib. 1. eleg. 12. Lucanum, lib. 6 Claud. lib. 2. Senecam, Petronium, & alios.

Tasso al lib. 2. del Goffredo parla de Ismeno.

Mentre il Tiranno s'apparecchia à l'armi
Soletto Ismeno vn dì gli s'appresenta,
Ismen, che trar di sotto a i chiusi marmi
Può corpo estinto, e far che spiri, e senta
Ismen che al suon de mormoranti carmi
Fin nella Regia sua Pluto spauenta,
E i suoi dæmon ne gli empi, vffitij impiega,
Pur come serui li discioglie, e lega.

E l'Anguillara di Medea

Nel mar, s'io voglio hor placo, hor rompo l'onde,
Fò la terra muggir, tremar i monti,
E facendo stupire l'istesse sponde
Tornar fò i fiumi in sù ne i proprij fonti?

Lalli poi Poeta moderno nel Domitiano, all'istesso Monsignor Marco Antonio Cuccino Gou. in Beneuento.

E con i circoli suoi co' suoi scongiuri
Il corso à i fiumi d'arrestar si vanta

E di tenebre folte, e nembi oscuri
La Luna, e'l Sole spauentoso ammanta
Scote la terra, inamarisce i puri
Fonti, conturba il Ciel gli arbori schianta
E fà ch' il grande inferno vnito s'armi
Al mormorar de suoi potenti carmi.

Noster Poeta iurium D. Philosoph. Theol. Proton. Primic. D. Abb. Cæsar Macchabeus Samnis in suo triumpho Samnij.

Desta gli spirti il suon dell' aspri carmi
Dentro stridendo à le tartaree porte,
Gridano rinforzando à l'armi à l'armi,
Per indurre à contrari horror di morte,
L'Incantator dell' ombre in cerchio parmi
A incrudelirsi incontro à lor gli essorte,
Ne per spauento, ò per timor si atterra
La turba di gran cori all' aspra guerra.

Accedunt historici, & philosophi multi ad confirmandum admitti magos, veneficosque morbos, vt præter Plinium, lib. 28. & alibi Heredotus narrat, lib. 2. de Amasi Egyptorum Rege, qui Laodiceam recentem vxorem propter veneficum cognoscere non potuit, vsque dum carminibus fuit absolutus, ac Varro, lib. 2. 53. esse veneficia voluit ad articulares morbos curandos. Cato ad ossium dislocationes, quam opinionem sequuntur omnes Platonici, & horum Princeps, in Conuiuio in 11. de legibus ait, bipertito generi humano venena officiunt. Primo enim modo, corporibus corpora secundum naturam læduntur, deinde magicis veneficijs, & cantibus modisq; quibusdam persuadetur, ijs quidem qui officere student, posse id assequi, ijs vero facile admodum ab illis veneficio lædi posse, ac de pæna horum subdit.

Quando vero quis, modis, inductionibus, cantibus, similibusque veneficijs ad nocendum paratus depræhensus est, si aruspex, aut prodigiorum interpres sit occidatur, sin vero non fuerit.

Ex Titoliuio dec. 4. lib. 10. pag. 429. á Gaio Menio Pretore huiusmodi veneficos condemnatos fuisse 3000. & in lib. 9. veneficorum 2000. necatos esse, apud vero Persas horum pæna est mors ex lapidibus super caput.

Arist. 1. probl. lib. 30. de dæmoniacis memorat.

Probatur tertio medica rationali auctoritate. Occurritur primo Hippocratis locus, lib. de morbo sacro, quem esse genuinum Hipp. (quidquid cornar) à Gal. 1. pronost. T. & cap. 4. probari videtur, ex verbis enim manifestum fit dæmones, & maleficos cognouisse, horum tamen facultatem ignorasse, dum inquit; Talia itaque dicentes, ac excogitantes, amplius quid se scire simulant, & homines decipiunt, proponentes his lustrationes ac purificationes, cum verba ipsorum magna ex parte se ad Deum, ac dæmonem extendant; nam cum dęmonē fateatur; eius effectus scilicet maleficos in cōsequētia affimari cogitur.

Satan. n. vt hodie est, semper fuit à sui casus origine, ex fere similibus incan-

tandi ceremonijs voluptatis gaudio gauisus est. Subdit postea Hipp. Expiant enim morbo correptos sanguine; item alijs sceleribus inquinatos, aut iniustos, aut ab hominibus intoxicatos, aut qui scelestum aliquod facinus perpetrarunt, quos contraria his facere oportebat, sacrificare nimirum, ac præcari, & ad templa progressos Dijs supplicare. Nunc vero horum quidem nihil faciunt, verum expiant. & alia expiamenta terra occultant, alia in mare proiciunt, alia ad montes deferunt, vbi nemo attingat, neque conculcet.
Et obiter velim notes in Hipp. 1. progn. c.1. scripserit medicis præceptum, vt si quid diuinam in morbis habetur illius etiam addiscant prouidentiam; .s. diuinam intelligi non vt voluerunt communiter per aeris constitutionem, vel per dies decretorios, sed vt nos alibi, & Gregor. in Syntaxi, lib. 18. c. 23. per Deum, vel dæmones, & ideo lib. de natura mulier. his morbis consulit curationem, ait maxime quidem numen in omnibus causa est, ac subdit, oportet autem eum qui hæc recte tractare velit primum quidem ex Dijs ordiri, &c. & in lib. de morbo sacro clare etiam probatur.

Galenum vero in multis locis mihi videor videre fuisse varium, vt nunc rideat de ijs, nunc admiratur, nunc laudet, nunc amplectatur 6. de simp. med. Cap. 10. scribit ridiculum esse vocata pathopia medicamenta constringere, & vincere aduersarium, vt in iudicio nihil possit eloqui, aut grauidæ abortum facere, aut nunquam deinceps concipiat efficere. Tum 2. ad gl. cap. 4. de schirro inquit, multæ enim partes iam planè rexandæ curuatæque, hac curandi via quæ sic versando fit, integrè sanatæ sunt, ità vt incantamentis similis res esse crederetur, ac 3. lib. de med. p. f. ad fol. 189. Gal. ascripto docet ad veneficia, & præstigia Caridion, & latum Cuminum, & Zochij radicem ad tertiam partem decoque, & ex vino veteri da; gestet & Glaneum ossa, hæc .n. suffita dæmones abigunt, vt refert etiam Plin. 32. c. 11. & nos in antidotis. Extat etiam liber de incantatione, adiuratione, suspensione, Galeno ascriptus, quem etsi ei non tribuunt, tamen legimus apud Alex. Trall. lib 9. c. 4. ab Aug. Ferrerio, lib. 2. cap. 11. de Homer. medic cit. ità.

Honestum .n. est morbum vincere, & omni machina ægris succurrere. Præterea etiam Galenus, qui ne esse quidē incantationes putauit, ex longo tempore, multoque vsu plurimum ipsas posse deprehendit. Audi igitur verba ipsius, quæ de medica Homeri tractatione reliquit, habent autem ea in hunc modum. Nonnulli igitur putant incantationes anicularum fabulis esse per similes, quemadmodum ego quoque diu existimaui: temporis autem progressu ab his, quæ euidenter apparent persuasus sum vim in ipsis esse. nam in percussis à Scorpio adiumentum sum expertus, nihil autem minus etiam in ossibus gutturi infixis, quæ incantatione statim expuebantur, ac multa præclara singulæ habent incantationes, cum institutum consequuntur. Si igitur Gal. & alij plurique veterum testantur, quid prohibet nos quoque, quæ experientia cognouimus, & quæ ab amicis sinceris accepimus hæc vobis communicare. Alex. hæc. non memoro anulum pro calculo superstitiosum Galeni librum citans ad manus nostras non peruentum.

Neque inferas per iam dicta haberi solum morborum magicorum curationem non autem agentium affirmationem. Nam respondet dæmonum natura, quæ cum sit ad damnum inferendum, si admittis hac arte auxilia, dari talium mor-

morborum auctores, & causas fateri oportet.

Quod si horum explanationes, & dilucidationes non legis in gentilis Galeni oceano; nimirum, cum professus ille est ea quæ in Phisicis, rebusque medicis versantur agere, & hac etiam ratione tenere videtur animam esse mortalem dum suam essentiam constituit in temperamento quatuor qualitatum, vel corporum ex lib. quod animi mores, secutus Hipp. auctoritatem docentis, Epid. c. 5. quod hominis anima semper producitur, vsque ad mortem, sin autem igne, ex canduxerit simul cum morbo & anima corpus depascitur, & 7. de vsu par. de vtil. resp. 5. de simpl. med. facul. animæ substantiam fatetur se ignorasse.

Adde quod ille Moysi Christique asseclas reprehendebat, vt 2. de differ. puls. 4. quia leges habebant, nulla demostratione constitutus, secus, forzan lex sua demostrabilior erat? ac 3. ejusdem c. 3. nos reprehendit, vt sectis obstinatissimos dum scribit citius enim moysi, & Christi asseclæ decedant de sua disciplina, quam qui sectis sunt addicti. quid mirum est si dæmoniacas causas humano generi præsertim Christi fidei imbutis aduersantes non explanauerit?

Tralliano adeo fuerunt amicæ Homericæ curationes, vt dixit, sine his medicus complementum artis attingere non potest: vide lib. 9. c. 4. lib. 12. c. 7. lib. 10. c. vlt. & lib. 11. vlt.

Hunc methodum sequitur Aetius plerisque locis, & lib. 8. c. 50. de deuoratis, spinis, aut ossibus superstitiosum scripsisse volunt. Dic egredere os, vel spina, vel festuca, quemadmodum Iesus, & cætera taceo curiosis.

Auicen. lib. 3. F. 1. tit. 4. c. 18. morbos esse à dæmonio credit, illosque non ex arare cum physicam doceat. & quibusdam medicorum visum est, quod melanconia contingat à dæmonio. eodem lib. F. 10. tit. 3. c. 4. patefecit sputum sanguinis multiplicari in dæmoniacis, vt alibi voluit dum melanconia fit adusta à bile permissionem esse dæmonis.

Isaac lib. 8. p. c. 29. & Nicol. Fl. c. proprio non agunt de maleficiatis, qui cum suis vxoribus coire nequeunt? & Arn. Vill. multa scripsit remedia partim naturalia partim superstitiosa, & à sancta Romana Ecclesia interdicta: præsertim libellus de sigillis.

Celius Rhodoginus lib. 9. antiq. lect. c. 23. non tantum maleficos morbos probare nititur, sed inuentores multos effectus, & locos patefecit.

Marcellus emp. pro omni morbo ex maleficio, confectionem exponit Andriani, etsi in omni fere morbo Homerica vtatur curatione.

Mesues 3. de antid. 9. oleum conficit ex gagate pro magicis affectionibus.

Fernelius lib. de caus. morb. abditis plura memorat.

Amatus Lusit. corrept. 6. Curat. 87. & Vueckerius correptus; lib. 2. c. 5. secretorum. Codronchius in suo libello.

Vallesius lib. de sacra phil. pag. 212. fusè probat dare hos orbes, inter quæ docet posse fieri, vt dæmonis, præsentia morbos excitet: neque quippiam in hac assertione philosophorum placitis esse repugnans.

Forestus in suis obseruationibus multas historias recitat, vt alias citabimus, ac plura, lib. 2. de incert. vrin. c. 3.

Antonius Sanctorellus phil. & med. & lector excellentiss. in 2. lib. Antepr. c. 15. esse hos morbos probauit. At rarò euenire subdit, nimirum cum horum

non fuit obseruator, ac ad humanam calamitatem dæmon operatur sæpe, vt illi appareant morbi ordinarij, At Bald. Ronseus epis. med. 50. multas habet historias.

Sed Poeticæ, historicæ, Philosophicæ, medicæ rationes sileant, cadantque dum in scæna ad nostram probandam opinionem, Christiana fides huiusmodi morbos, & magos statuens comparet; cædantque profanæ diuinis litteris eosdem mille in locis admittentibus; quod D. August. 10. de Ciuit. Dei 31. arguens contra Plat. & Porph. iussit diuinæ auctoritati humana cædat infirmitas. verè testis proprio ore à quo discunt sui nati, offertur mater pia Ecclesia, quæ non solum morbos maleficos affirmat, verum essentias, signa, quibus dignosci possit maleficium à dæmoniaco, curandi modos docet, vt videre est in Romano Rituali, à quo Christiani Auctores, ex exorcistę exorcizandi normã acceperunt, & hæc sola satis esset, tamen vt sacris litteris, & nouis, & antiquis confirmetur.

Fuit præceptum in leg. vet. cap. 19, Leuit. Non declinetis ad magos, nec ab Ariolis, aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. Ego Dominus, & cap. 20. Anima quæ declinauerit ad magos, & Ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui, sanctificamini, & estote sancti, quia ego sanctus sum Dominus Deus.

Adducunt autoritatem, 11. exod. c. 2. maleficos non patiaris viuere super terram, tamen vt notat Thomas Gram. consil. 5. num. 16. intendit homicidas præsertim, qui quæ fecerunt semper expectant iuxta Tex. in l. 111. C. de Episc. & in Apoc. Ecce post hæc vidi animas interfectorum clamantes, & dicentes, vsquequo Domine non das iudicium, & vindicas sanguinem nostrum de interfectoribus nostris, qui sunt in terris? & ne nimis protrahar lege Exod. cap. 7. & 8. & 22. Deuter. c. 18. 4. Reg. 1. & Iob. 2. diabolus percussit Iobum á planta pedis, vsque ad verticem capitis.

Et credo te in Legendis Sanctorum legisse, qui plerique miracula exercentes à stultis gentilibus, vt magica arte induti habebantur, accusabanturq; ibi etiam multa morborum genera à dæmonibus excitata à Sanctis detecta, & curata recitantur, & nos in posterum, ex auctorit. Euangelistarum SS. Doctorum plura magicorum morborum probabimus, & apud Directorium inquisit. Eymerici sunt multæ litteræ Sum. Pont. contra maleficos pag. 109. litt. Apost.

Et nolo sub silentio velare tot, tantosque morbos excitatos hominibus à Magis Zaroes, & Arfasat, ab Apost. S. Matteo patefactos, ac sanitati populos restitutos, 21. sept. huius vita, vide, vt omittam, quæ audis in sacris Euangelijs.

De quibusdam maleficiorum modis Notioribus. Cap. II.

NEque hic longior ero, adducam tantum, quæ passim fieri solent ac legi, audiuique quarundam maleficarum confessione.

Primum maleficium, quo se munire cogunt, vel ad rapiendum, vel necandum, vel stupro, adulterioque contaminandum, vel furto subtrahendum, est soporiferum; Quod ex naturalium soporiferorum applicatione à dæmone doctissimo electorum, vel eius propria industria, seu existentia, carmine, vel certis ritibus, rebusque destinatis fieri possibile est. Ac in interrogatione facta Ianaræ, seu lamiæ Violantæ in processu, pag. 10. de quodam puluere sonnifero,

qua

qua materia erat confectus. Respondidit ex optima Valeriana,& hissopo simul mistus, quas herbas commistas in tali quantitate in furno exiccandas ponunt (vt vtar illis verbis) atque ex his exiccatis puluerem conficiunt, quam si quis super dormientes proiecerit excitari nequeunt, donec terminus statutus aduenerit, ac interrogata, quare potius istis herbis, quam alijs ? Respondidit nescire, nisi quia experta fuit & nunquam fuit decepta.

Quare pondero, quod cum stirpes illæ nulla somnifica uí naturaliter sint præditæ, dicendas vt signa à dæmone destinatas, Remigius lib. 2. c. 3. refert ad somniferum fustinū striges vsurpare, caderet abortione egestum, resecto inde, vna con humere costisque continentibus dextro brachio in vsum luminis, & ardere eius membri extremos digitos sulphurea, vel violacea flamma tantisper dum perficiant, quod cæpere: & hac flamma extincta, tam integros, & illibatos manere digitos, quam si nullum lumini fomitem præbuissent, idque confessos maleficos Guermingæ 14. Kal. Ian. 1585. quo nigromantico maleficio, vti quoque solent fures, de hoc soporifero veneno aperte, Grilland. q. 3. nu. 13.

Secundum est, vel ad morbos, vel ad mortem, permittente Deo; Ad morbos, clarum est, & erit. confirmatque D. August. 10. de Ciuit. & serm. 107. de tempore, lib. de diuin. dæmon. 6. Et consil. Constant. in Trullo can. 61. Ius Pontific. d. c. nec mirum. Leo X. de malef. & incant. in 7. decret. S. Thom. p. p. q. 3. ar. 4. ad. 2. Fernel. de causis rerum abd. 2. c. 16.

Historię extant millenæ, & nos multas obseruauimus. Narrat Vuec herus, lib. 2. c. 5. auct. Nic. Taurel. ex Boetio, lib. 11. hist. Scot. de Duffo Rege veneficio tabe consumpto, ac subdit diabolus enim morbos complures inferre potest, quorum nobis incomperta est ratio. Potest autem quod suptilis existens, facile corporis partes vniuersas peruadat, quas constringat, diuellat, aut aliter excruciet: viscerum quoque actiones ad vitam substentandam necessarias inhibere potest. Quia & tetro habitu, varijsque venenis nobis incognitis pulmones, aliasque corporis partes inficere potest, vnde morbi præter naturalem modum exoriuntur, sed corporis tamen corruptionem inducere nequit, nisi mediante natura.

Inter plurimas historias recitat, Sprenger mall. p. 1. q. 1. c. 11. mulierem, quandam inter Breisacum, & Friburgum, cum vicinam litigasse, mox cum noctu ante ostium domus, aliquid ageret, ventum quendam calidum à domus fæminæ alterius ex opposito habitantis in faciem ei insufflasse, vnde & subito lepram contraxerit, & c. 12. historiam narrat de Coco Archiducis.

Hoc maleficium appellant insufflatorium, seu inhalatorium. Sed an ad anhelitus virulentiam an ad pactum dæmonis tribuendum sit?

Non repugnat fieri naturaliter, vel ex aliquo veneno ore retento vigorosis antidotis prius præseruato agente, vel ex aliqua viruleta ex humorū corruptela eiaculata. Posse vero hanc corruptelam generari docent Hipp. Gal. & Arist. Vt plurimum tamen est cum pacto per dæmonem afflante malefica, hoc maleficio scribunt apud DelRium, lib. 3. de medio sublatum magnum virum.

Ita possunt per odorem inducere morbos, vel lethum, vt venefico odore Reginam Nauarræ interfectam recolunt ab Italo, qui illæsus ipse (antidotis forzan repertis à dæmone) per chirothecas, globulis, vel pulueribus suaue flagantibus, vel per flores; per litteras ijs inspersas venenis mactare alios gloriaba-

riabatur, Parisijs, recitante Martino lib.3. pag.31. raro contingere vi naturali.

De occisis infinitæ ferè reperiuntur historiæ. Godelmus lib 1.de lamijs 7. inquit quod comes, quidam, superioris Germaniæ orto veneficas, quæ 140. interficerant infantes vulcano tradidit. & Sprenger. p. p. Ioannes Nider. multas memoriæ dederunt, vt ferunt ex DelRio Venetijs maleficium fuisse, qui damnatorum in triremibus animas emebat promittens liberationem à tetra illa seruitute pęnæ, & numerans decem aureos nummos pro illorum anima, quam chirographo proprio sanguine notato vendebant addicebantque dæmoni, & malefico, mox ne retractare possent certo contactos veneno subito necabat. Id contingere docet, Grilland. cit. vel introsumptione, vel applicatione, extrinsecè per contactum, vel venenosorum miscela, vel per quasdam ceremonias nefandas vi dæmoniacæ doctrinæ tanquam per signa, vt characteres, determinata verba, vngues, pinguedines, suspendiosorum, vel insepultorum vestes capillos, aliaque, &c. vt dicebam de causis.

Taceo potentiam necandi animalia malefico instrumento, vt notaui: curiosus petat Spreng.p.2. q.1. Cardan.lib.15. de var.rerum narrat, vnguentum Salassię confectum, quo tangentes portarum coronidas inficerentur, puluerem quoque, qui super vestem sparsus pestem excitabat, vt exemplum habemus, hoc anno 1630. de hac peste, & nos lib. 6.

Tertium possunt abortum solum interdum afflatu, tum verbis, imaginationibus maleficis, non naturaliter, sed vi pacti prouocare, ex Grill Nicol. Remig. lib. 2. Nideuo vlt. Martino, Spreng. vt de maleficio stadele in qui per maleficia succeſſiuè septem infantes occidit in vtero, ac lacerta sub limine ostij ad fæturam impediendam vsus est, quæ naturaliter hanc vim non habet.

Quartum possunt quoque pariendi difficultatem inducere, ac sterilitatem, & ad tempus, & perpetuam, vt probat codronchius, lib. 3. 4. ac in tormentis fuscæ sunt quattuor lamiæ Beneuenti.

Quintum possunt matrimonij copulam impedire; id libenter agunt Tartarei, cum tam viro quam mulieri peccandi occasio suggeratur. Excitant primo in vno odium, ac fastidium, in alterum coniugem, & deformem, & infestum esse suadendo.

Secundo varijs medicamentis adhibitis, vel ipsimet intromittendo, seminis eiciendi, generandique vim tollunt.

Tertio impediunt distrahendo, ac ammouendo, ne mutuo adhereant coniugum corpora per interpositam personam.

Quarto coeundi voluntatem diuertendo á coniuge in aliam, vel aliam, vel alium inflammando.

Quinto genitalis membri rigorem, tum motum localem reprimendo, vel muliebria vasa obserando coarctandoque, vel seminis emiſſionem solo externo tactu ante accessum ad vas muliebre excitando, hoc exemplum, iam obseruo in Iuuene isto maleficio accepto, laceratis litteris cuiusdam mulieris suspectæ, nec dum sanitati restituto.

Sexto, Spiritũ motiuorum emiſſionem prohibendo, hoc genus maleficij hodie etiam Vulgus timet cum ad sponsalitium adire petit, ac antiquitas vocauit ligaturam, seu maleficium ligaminis, quod lamiæ superstitiosæque mulieres perficiunt nectendo ligulam, quibusdam verbis prolatis in missæ sacrificio, vel

ad

ad tempus, vel in æternum, vel donec nodus ligulæ soluatur, quod maleficium, etsi vtrique sexui potens est, vt ait Ananias 4. de nat. dæmon. frequentius tamen in viros ruit cum magis sint agentes in venere. Vt nostræ vtilitati fiat manifestum tacitum ludo gestum, ac sine consentiendi fine operari. Narrat in lib. 3. De Rius iuuenem quendam fuisse qui recens vxorem duxit, pilam petijt ludendi causa, ne annulus sponsalitius excideret, inserit eum statuæ Veneris æreæ digito; Ludi lassus ad statuam rediens annulum recepturus, reperit digitum statuæ ad volam manus recuruatum, nocte reuersus videt digitum extensum, sed sine annulo, dissimulans, se confert ad nouam nuptam, cumque thorum genialem ingressus spôsæ se iungere vellet sensit impediri sese, & quoddam nebulosum, ac densum inter suum coniugisque corpus volutari, sentiebat id tactu, videre tamen nequibat, hoc obstaculo ab amplexu prohibebatur, audiebat etiam vocem dicentem: mecum concumbe, quia hodie me desponsasti, ego sum Venus cui digito annulum inseruisti, nec reddam. Teritus ille tanto prodigio, nihil referre ausus est, nec potuit, in somnem duxit noctem illam, ac deinde multas alias, Vxoris querelis commonitus rem panduit Palumbo cuidam Presbytero Necromanticorum nam, &c. curationem nefandam ommitto.

Quare, acta illicita, etiã iocosa dipliciunt Deo, ideò matrimonij consumptio inchoanda est ab honore, Deique timore, legimus septem Sarræ maritos ab Asmodeo interfectos esse.

Prima præpositio, possibile esse mulieres fieri viros testantur multi graues Auctores.

Probat Plin. lib. 7, c. 4. affirmans ex fæminis mutari in viros non esse fabulosum, narratque plures historias, Aul. Gellius, lib. 9. Noct. c. 4. Liuius, lib. 24. de Spoletana muliere. Fulgosus, lib. 1. exempl. c. 6. de Francisca Carolaque mutata in viros. Iouian. Pontan. in hist. Neapol. memorat de Æmilia Nupta Antonio Spensæ Ciui Ebulano in virum mutata, qui vxorem duxit, & filios habuit, plura scripsit Sabell. lib. 9. exempt. Antonius Torquemada dialog. 1. perg t in Beneuento Hispaniæ à Samnitibus, Romanorum dolo post furcas Gaudinas Victori edificato, vxorem rustici cuiusdam in virum esse mutatam. Confirmat Phlegontis narratio. 1. de mirabil. Antonius Liberalis, lib. 2. alter. Nicandri.

Accedunt Auctoritates aliæ nam D. Aug. lib. 3. de Ciuit. Dei cap. vlt. Antiquorum sententiam de hac mutatione recitat. & 3. de hist. animal. Arist. de incremento Barbæ Cariæ in vxoribus Sacerdotum, Gemma 1. Cosmoc. & Amat. Lus. correp. in Schol. cent. 2. pag. 316. narrat auct. Plin. historias aliquas de fæminis in viros mutatis, in Hippocrat. 6. epid. vlt. vt taceam alios ita, in Abderis Phætusa pytheæ vxor priore quidem tempore fæcunda erat, cum autem maritus ipsius in exilium abijsset, menses multo tempore suppressi sunt, postea dolores, & rubores ad articulos oborti sunt. Hæc autem, vbi contingissent, & corpus virile factum est, & hirsuta penitus euasit, & barbam produxit, & vox aspera facta est, ac subdit, idem hoc contingit etiam Namysiæ Gorgippi vxori in Thaso. hæc ille non fabulosus. Iulius Alexand. lib. 22. de rebus salub. c. 4. & Marcel. Donat. de hist. med. 6. c. 2. idem affirmant, Philostrat. de Emped. lib. 1. cecinit.

Et

Et Puer ipse fui, nec non quandoque puella.

Secunda præpositio mutationem ex viro in mulierem Philosophi Christiani negant.

Cum esset nimia perfectarũ partium retractio in locos fœmineos, nec mihi arridet Ausonij carmen, dum ait de nostra vrbe.

Fœmineam in speciem conuertit masculus Ales
Pauaque de pauo constitit ante oculos
Nec satis antiquum, quòd Campano in Beneuento
Vnus Epheborum Virgo repente fuit.

Et il Dante cap. 20. Inferni.

Vedi Tiresia che mutò sembiante
Quando di maschio femina diuenne
Cangiandosi le membra tutte quante.

Quare concludatur difficillimam, & impossibilem huiusmodi retractionem euenire posse vi naturali.

Multi non solum hanc, sed etiam primam præpositionem, & iure aliquo negarunt posse fieri non solum vi naturali, sed potentia dæmonum, sicuti falsam iudicant transformationem hominum in luporum figuras, bestias alias volucres, lapides arbores, &c. vt narrat S. Aug. 18. de Ciuit. Dei, c. 17. & fuse, & bellè hostorias scripsit Garzonius Academ. 7.

Primam igitur mutationem, tamquam possibilem, & obseruatam à tot scriptoribus propter conformitatem pudendorũ, cum viris non solum à dæmone, permittente Deo, ac natura stimulata vi quadam non ordinaria admittendam esse probarunt isti.

Secundam verò quia non capit anatomicas, & philosophicas doctrinas, sique visa est præstigiosam censent.

Ipse etiam à natura, vel dæmone fieri vtramque minime credo perfectè sicuti præstigiosæ, ac delusoriæ sunt aliæ cateræ transmutationes, quæ reducendæ sunt, vel ad dæmoniacam artem, vel maleficia, vel ad deliria melanconica. vel ad allegoricam allocutionem, ad quæ responsiuè reducuntur omnia exempla, & auctoritates in contrarium. Possunt enim dæmones apparenter monstrare hominibus aliquem esse lupum, & voracem, permittente Deo, propter peccata, possunt quoque circa accidentalem aliquam trãsmutationem (non essentialem cum pertineat tantum ad Deum creatorem) Ideo dicitur in cap. Episc. à Concilio Aquirense apud Gratian. 26. q. 5.

Quisquis credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sũt procul dubio infidelis est, & Pagano deterior, ex quo resultat vtranque mutationem esse impossibilem realiter, & dixi realiter, quia potest præcipitari vterus, ita vt appareat, seu esset membrum virile, sed spongiosum inflatum infructiferum, non plenum, & carnosum, neque vis reiendi seminandi efformatum, vnde natura accipiet hæc? vnde tantam cutem, quanta satis esset ad appendendum

scro-

scrotum? Historias verò si non falsæ, reduci ad auctoris naturæ causam.

Septimo lac etiam esiccant herbarum applicatione, vel verbis, tactuq; solo dæmoniacè. Affirmat Sprenger. p. 1. q. 1. c. 14. & Grill. ita quædam veneficia fiunt ad esiccandum totum lac vnius gregis, vel sæcundi armenti vaccarum, adeó quod nil casei ponitus reddant quamuis antea à maxima abundantia reddidissent, & similiter abortiones totius gregis, vel armenti inducere possunt, prò vt alias vidi, & habui in facto Romæ, &c. & hodie hæc lactis esiccatio est ita nota, vt mulieres lactantes timent, lac etiam pro remedio, alicui impartiri, nec reducunt ad dæmonis nequitiam, est in frequenti abusu altera vana obseruantia, nam vt infans ab esuctione auertens faciliter lac accipiat ab incognita nutrice: huius lac proicitur in eius ano murmurante non scribenda quædam verba.

Octauo possunt etiam ad hominum calamitatem venefici in hominum corpora, permittente Deo, immittere dæmones, clarificat historia Fernel. 2. de caus. rerum abdit. c. 16. & extant millena exempla. Quod maleficium appellatur deuouendi, habemus in l. 3. sect. 7. Del Rio anno 1581. malefica Boyarana, quæ varij plures non vno modo, cuique dæmones immisit, quibus grauissimè diuexati fuere, in his filius, & filia illius fuerunt, quos nucibus alteri paratis, sed more puerili abliguritis ab ipsis qui deferebant singulos tribus Dæmonibus possidendos mancipauit.

D. Hieronymus nobis præponit dæmonem à B. Hilarione eiectum quem magus in Virginem immiserat.

Sic affecti, vel dicuntur possessi, vel obsessi. Possessi appellantur, cum dæmon sit actu corporibus, vt erat in statuis idolorum, & non est necessaria vexatio.

Obsessi vero sunt cum necessaria vexatione, & inuasione, ac rationalis animæ oppressione ab intra, ac etiam aliquando ab extra corpus dæmonis, vel dæmonum, vel potentia actiua proxima, vel remota, vel virtuali.

At vbi illabantur toti ne corpori, an alicui parti? an animæ?

Explicatur dæmones, nec toti corpori, nec parti possit intrare secundum essentias eorum, esse enim non possunt corporis partes cum nulla sit proportio, neque illorum virtutes, cum sint à Deo: tum sequeretur duo spiritus esse in eodem loco contra Theolog. Neq. possunt ingredi animas, nam cum sint simplices hominū animæ, & incorporeæ non habent dimentiones quantitatis; tum sequerentur duæ formæ in vno corpore informantes, vt probat D. Thom. & Sibill. 3. dec. Sunt ergo dęmones in corporum cauitatibus, vel in humoribus seu dicit Cæsareus, lib. 5. c. 15. dęmones non vniri animæ substantialiter, nec esse in ipsa anima (vt dixi) sed applicatione tantum, & oppressione per energiam, seu animæ operationem adesse, & sic homini vniri, tamquam loco, & ei quasi illabi.

Solent simulare se esse animas defunctorum violenter ad falsam gentilium opinionem id credentium excitandam in animis christianis, vt huic mendacio finem adhibeant.

Huic præposito petis an sint adstricti dæmones ad corpora intrandum, & an ligentur in aliquo ente?

Salamon ita ò Arctici manes, ó antarctici cur tantæ naturæ nobilitas vide

tur constringi specifico minerali ? Nam de dæmonum ligamine in annulis, phialis, lapidibus, speculis, &c. vulgata est opinio, & plura extant exempla, ità vt in multis locis mercatores Tartari præsertim Anglici annulos dęmoniacos vendunt.

Sed an sint vere ligati, vt constringentur à Magis mihi ratio persuadere non potest. Cum enim sint spiritus liberi, et superbissimi, qui æternè potius cruciari volunt, quam dicere miserere peccauimus, et se Deo subicere, permittant ab homine ligari ? Iamblicus quoque de myster. agnouit dum ait 251. Porphirius quidem suspicatur numina ad hæc trahi quadam inuocationis necessitate. Iamblicus negat necessitatem inferri ab homine, vel à mundo numinibus, quæ cum sint immaterialia non suspiciunt ordinem aduentitium aliunde re vera.

Dicamus cum Henrico de Assia in Genes. quod ille simulat se captum, vt te capiat, se victum, vt te vincat, se tuo imperio subditum, vt te sibi subdat, à te inclusum, vt contra te finaliter concludat, fingit se tua arte vel imagini, vel lapidi alligatum, vt funibus peccatoribus peccatorum religatum ad infernum te perducat.

Seruant sæpe pacta, etsi dicuntur patres mendacij, non coactè, sed vt auidi obsequiorum, adorationumque, vt symiæ Dei, ac vt eorum cultus, religionesque perseuerarentur, et augerentur, lucrenturque.

Addo à magis fabricari etiam statuas dęmone acceptante signo maleficij, vt de statua Simonis Ducis Bulgarum cuius capite abscisso ex stomaci dolore Simonem interijsse narrant, non scribo statuas alias antiquas sciunt Astarot & Berit, à S. Bartolomeo confracti, et muti: mea vrbe supra portam cuiusdam Ciuis stabat statua facie non iucunda cui inerat spiritus nequam, sępe sępius varijs terriculamentis multisq; symptomatibus eius dominam affligens, quam ipse considerans consului, vt illa vel transportaretur, vel frangeretur, quo facto, terriculamenta, et dolores cessarunt.

Aliud genus maleficiorum imaginum fabricatorium, quod fit scalpendo imaginem, vel ceream, vel plumbeam aliaque materia, nomine illius quem Magę maleficio affecturæ sunt, ac acubus, vel spiculis, vel clauis, vel spinis, vel omnem, vel determinatam pungunt partem, vel igne liquant, vel confringunt, pro vt vel morbum, vel mortem adferre designant.

Huiusmdi imagines tres nos obseruauimus, vnam ad ardēdum in amore, secundam ad morbos particulares, & punctorios, vltimā ad mortem. Narrat Crespet. de odio Sathanico, cum Auenioni esset parieti cultum infixum vidisse, quo de sententia Iudicis, ex coriatus fuerat quidam Magus, eo quod sic pungendo ceream imaginem virum magnum quendam de medio sustulerat.

Amatorium maleficium omnium propter inimici domestici carnei stimulum frequentissimum. Adeò vt fuerunt veteres in errorem ducti, etiam nolentes huiusmodi philtris in amorem posse pelli. Quod falsum probarunt Theologi, hisce enim philtris voluntas nullius cogi potest ad quem non vult amandum, sed bene potest imaginatio perturbari, humores concitari, & totum corpus interius, quasi accendi, ità vt quis demonum varijs tentationum illecebris interius certante celtro quodam libidinis vexetur, & sic vehemēter trahatur ad desiderium carnalis copulæ cum aliquo in genere, quod si cum

temporis maleficus amator accedat,& artibus,quibus solent mulierculæ capi, eam instanter vrgeat, vel dęmon de illo vno, tam assiduè memoriam, & phantasiam moueat, exhibendo speciem circumstantiarum propter quas amore dignus videatur,& subtrahendo eas, quæ indignum rederent,facilè fit vt in massam præda cadat. hæc probata sunt in principio de libero arbitrio. & Grill. 2. de sort. 3.

Solent philtra hæc vt plurimum,et animo,et corpori multum nocere,minus vero esse noxia, quæ non intus sumuntur, sed externe applicantur, vel si fiant per nudas incantationes si per illigationes aut extrinsecum contactum solent quoque corpori damna inferre,præsertim si venena mala misceantur, abutuntur enim scelestæ hæ mulierculæ externè oleis sacramentalibus, verbis infandis vngendo, tum puluenbus, quibusdam scorpionum, hyrundinum, vel calamitæ quodam ritu dęmoniaco paratis.

Quæ etiam in potum, & cibum præberi solent, hinc vt plurimum valetudo debilitata nascitur, cum eorum ingredientia sint admodum periculosa,vt flores mestrui, sperma, cerebri felis, vel asinini pulli,virga lupi,vterus hyenæ, ossa ruberæ, remora, scinci, secundina, vel vestis cartilaginea puelli sic nati, magnes, pericula quæ reuellitur à fronte pulli equini recens editi,cuius odor equas in furorem redigit, ex Arist. 6. hist. animal.18.& colum.6.hæc ex Plin.lib.8.c.42.& DelRio lib. 3.

Sunt quoque ijs in frequenti vsu omnia, quæ naturaliter vim habent venerem accendere, & stimulare,vt satyrion,virga tauri. testiculum Vulpis,semen vrticæ,napi, arteticæ,raphani,mentastri, apij, petroselini, piperis cucubæ, tum pyretrum zedoaria, costus dulcis, galanga, ziziber, hermodactilus, dragagantum assatum, aconis, melissa, nigella, gallia muscata,puluis grossæ corticis testudinis.gariofilata, cardui castanearum, & his similia, virtute excitandi,& inflammandi,necnon iuuantia ad miseros maleficiatos, et frigidos solitis benedictionibus nostris.

Multa alia etiam scripsit Grilland.lib. 2.q.3.quæ naturaliter nulla vi prædita sunt, sed dęmon his remedijs,seu signis fingit finem assequi,vt decipiant gentium opiniones,scilicet vim amatoriam consistere per se illis medicamētis, quæ veluti magnes attrahant animos ad amandum.

Antiquitas ad hoc maleficium solita erat vti lauro,bitumine,argilla,statuis cereis, ossibus oliuarum, &c. hinc Virgil.

Daphni me malus vrit, ego in Daphnide laurum
Limus, vt hic durescit & hac vt cera liquescit. &c.

In prophet. Baruch.c.6.fit mentio amatorij maleficij,dum scribitur, mulieres autem circumdatæ funibus in vijs sedent succedentes ossa oliuarum.

Sæuum est hoc veneficium prohibens discernere à noxio vtile, à turpe pulchrum, ab inhonesto honestum, ab amaro dulce.

Si mundanus enim amor,vt symptoma deprauatę imaginationis, & affectus quidam animi cum intensa cogitatione, & desiderio, et sollicitudine ad rem alienam placidam obtinendam insanus, et atrox dicatur, quod Virgil.

Et genus æquoreum,pecudes pictaque volucres
In furias, ignemque ruunt, amor omnibus idem.

Et Plaut. omnia ferè symptomata scripsit, & nos cap. 8. de signis.

Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota miser
Exanimor, feror, differor, distrabor, diripior.
Ità nullam mentem animi habeo,
Vbi sum ibi non sum, vbi non sum, ibi est animus.

Ouidius lib. 2. de art. aman. descripsit incommoda.

Habeat etiam vim obcæcandi, dum:

Quisquis amet ranam, ranam putet esse Dianam.

Eò magis potens est magus duce diabolo.

Sub hoc maleficio additur illud inherentiæ, quando scilicet, causa aliquem vituperandi, virile membrum, vt ità cum vase muliebri (non dico puerilis, glutinetur, agunt vt distrahi nequeat ni maleficio dissoluto. refert Saxus Grammat. Mares in vrbe Karentina, apud Ruganos cum fæminis in concubitum admissis canum exemplo, cohærere solebant; nec ab ipsis morando diuelli poterant: interdum vtrique perticis ex diuerso appensi inusitato nexu ridiculum populo spectaculum præbuerunt.

Vtinam in defrænatis omni vitio plenis venereis propter peccata id videretur forsan luxurię voluntas sileret.

Sed quæ causa? præstigiosa dæmonis ne, an naturalis? vt puta dæmonis artificio seminum inter se viscositate conglutinante introducta?

Maleficio etiam stimulant ad sectandum præposterum modum, & præter naturale vas mulieris, ità vt legitimum abhorreatur, vt hoc veneficio affectũ recolo quendam maritum qui vxorem bestiali huiusmodi peccato cognoscere tantum poterat.

Patrant nefas veneficium sodomiticum inter mares, etsi hoc scelus ab ipso, vt dicunt dæmone quoque abhominatur, ad animarum ruinam maiorem, libenter tamen concurrit; excitando vt supra est scriptum.

Et sicut de amore dictum, itá immittere odium facilius possunt ex catura eorum inferendi mala, & noto dum dico ex natura eorum, non intelligere per naturam aliquod principium, sed voluntatem propriam dæmonum, cũ ipsi creati sint à Deo, vt boni, vt fusè probat D. Thom. p. p. q. 63. art. 5.

Ac ceu animum, & corpus ad amorem & odium, ità domus, palatia, & oppida inflammare valent, vt æterni appareant ignis, admissa arte Medeæ; Nicol. Remig. lib. 1. 13. scripsit Leherij, quædam Saga, cui nomen Iana nigra Armacuriana obnixè quiddam à Francisca Hoyna contenderet, quod conimpetrare nequiret in desiderium vindictæ exarsit.

Possunt malefici grandines, & tempestates concitare, peste aerem inficere, eumq; ad bonum applicatione naturalium reducere, fulmina super domus homines, animalia, fulminare vi dæmonum præsertim super inimicos.

Explicat Spreng. p. 2. q. 1. c. 15. & Io Franc. Picus, lib. 2. suæ strigis.

Seneca vt Philosopus negauit in 4. lib. q. nat. 6. aeris immutationem posse fieri à malefico, cum nesciebat hunc agere ex vi pacti cum dæmone supposita Dei permissione.

Neque impugnas, quod cum omnia adscribantur Deo, ab ipso non à dæmone fit aeris mutatio, cum scribatur in Deut. 32. & Sapien. 16.

Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo.

Nam

Nam verum est Deum hæc agere, vt causam efficientem vniuersalem, principalem,& independentem: Creaturæ vero vt causæ efficientes, particulares, & dependentes.

Hipp.lib.de morbo sacro id affirmare videtur,dum inquit si enim,& lunam,& solem obscurare,tempestatemque,ac serenitaté facere, pluuias item & siccitates, & mare sterile; itemque terram, & alia huiusmodi omnia se scire profitentur, siue ex sacrorum mysterijs,siue ex alia quadam professione, aut meditatione hanc potentiam iactent, qui talia studio iactant impij sanè mihi esse videntur.

Quare possit adeò tenebras excitare, vt tutius furtum faciant nemine vidente, vt de Tartaris quibusdam hac arte imbutis recitat Marcus Polus de Asiat.Pell.narrat Olaus lib.3. venefici olim ventos venales mercatoribus exhibebant tres nodos arte magica sacratos offerentes, quorum primo soluto, placidos ventos, secundo vehementiores, tertio vehementissimos sint habituri, ac Andreas Cesalp. subdit eorum quidam hunc modum seruabat, in campis principem dæmonum inuocabat orabatque, vt aliquem, ex suis mitteret qui destinatum à se percuteret fulmine,cui postea in biuio pullum nigrum immolabat: & in aerem proiciebat,quem cũ postea dæmon assumpsisset procellam accerimam concitabat, cum fulmine.

Arnuphis Aegiptius philosophus arte magica,& dæmonum præstigijs in aere se sublimabat; idem tẽpore M.Antonij Principis, quum Romanorum exercitus aquarum sitiret penuria, imbrem cum fulgure, & tonitru æstiuo tempore fertur suscitasse.

Accedunt ad hæc alia maleficiorum genera, vt puta Saggitaria, vel Balistaria de quibus Spreng.p.2.q.c.16.ponit modus quibus diabolicè ad spernẽdam Saluatoris nostri Crucis imaginem nefande vtũtur, præsertim in missa die parasceues,& diabolus per hæc horrenda malefica promittit sagittam se eo perlaturum quo voluerit,etiam si cupiat auferre pilum tantum capitis: tùm postea exclamat, quod magici sagittarij, & sclopettarij in principium aulis fouentur,Olaus,lib.3.17.meminit alterius generis sagittariorum,nempe Lappones,& Finnos, de plumbo conficere iacula magica digiti longitudine, & ea per quæuis discita loca mittere in eos,de quibus vindictam expetunt, & hos ex oborto caro nomate in cruce, vel brachio intra triduum vehementia a doloris emori.

Subscribitur his armorum maleficium sequens, sunt enim malefici, qui per incantationes,& carmina sacrilega quæcumque arma incantare sciunt, vt eis nullo pacto nocere habeant; vnde nec etiam vulnerari possunt. Tum multi se iactant,breue sacrorum verborum contra inimicos, arma, ignem, aquam, &c. Quod etsi fieri vel ferri seruatis illis conditionibus à S. Thom. 2.2.96 art.4. licitum esse videatur. Ego cum S. Chrisost.dicto fine portando periculosum credo, cum plerique ob hanc firmam tutamque credulitatem ad rixas,ad iras, damnaque inferenda stimularentur.

Taciturnitatis maleficium frequens etiam est, ꝙ non solum exercere solent maleficæ, vel magi in torturis,ne sua fateantur crimina; at mali viri, ne confessi pœnam suorum peccatorum luant.Fieri solet tripliciter,vel somno, vel silentio,uel risu. Primo utũtur narcoticis pharmacis à peritissimo medico

Tar-

Tartareo inuentis, vel intra deuoratis, vel temporibus, sutura coronali, vel naricibus applicatis: quamuis opera dæmonis, vt plurimum induci vult Spinceus de Strig. c. 13. ceù non esset perfectus indagator rerum naturalium potentium neruorum, origines obstruere, sensus stupefacere, sensationesque impedire; Non negatur tamen, posse dæmones id agere, propria virtute vi pacti, vt cineribus ex vnguine infantulorum ante Baptismum necatorum, & Spreng. p. 3. q. 14. & 15. vel corpori alligatis membranulis cum certo caracterum genere.

Hinc refert Grill. de tortura, q. 4. reperi inter rei crines, quandam paruam cedulam, hæc verba continentem; † Iesus autam transiens † per medium, &c. quam illicò abstuli ab eo, qui licet de illa sic ablata conquereretur, nihilominus interpositus ad torturam, & eleuatus, nonnulla verba submissa voce murmurabat, quæ percipere non potui, nec confessus est, idem occurrit Hippolyto de Marf. in l. repet. in 4. col. ff. de quæst. & multa pergit eadem quæst. & in lib. 2. q. 6. 7. & eadem quæst. 4 an notauit.

Ad auferendam malitiam huiusmodi malificorum, iubent criminalistæ, vt torquendus, omni veste spolietur, capillis priuetur; etsi callidè operandum, etiam in ano, præputio, vulua, item in aurium, palatinariumque clausura indagandm an aliquid superstitiosi conseruetur. Tum ad potandum propinetur aqua lustralis, in qua sit macerata fuga dæmonum, vel herba paris, vel verbena, benedicta, colloque suspendetur agnus Dei, vel aliqua reliquia SS. vel scribenda in carta benedicta nomina, seu attributa Dei lib. 5. de curat. Diu. §. 36. ac appendenda: notata; vel vngendus oleo benedicto, §. 34. ibid.

Plura apud Mengum in fusti dæmonum 8 exorcis, contra maleficium taciturnitatis, voluntarie, ibi sunt varij modi, & apud Grill. q. 4. vltimo.

Neq; velim adscribas omnem tormentorum tollerantiam ad huius artis malitiam; cùm plerique ob innocentiam vigorante suo Angelo Custode taceat; alij ob mortis, dedecorisq; timorem; cæteri ob corporis fortitudinẽ.

De morborum magicorum, seu veneficorum ethymologia, & essentia. Cap. 4.

IN lib. introd. 8. scribitur, causarum vero, & morborum notitia nõ minus, & ipsa desideratur, vt affectuum origines quibus resistere conuenit intelligamus, ideò dicimus quod malefici morbi origo, & causa non penitus referenda sit ad primæ nostræ matris peccatum, humanarum omnium calamitatum radicem; quas singulis diebus nullus est quin experiatur, cum ex Iob. 14. homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, ac nunquam in eodem statu permanet. Neque ad mendicam facultatem à Deo reuelatam, vel ipsi Adamo, vel Moysi in monte Sinai, sed vt ait, S. Isidorus 8. eth. 9 ad malorum spirituum traditionem, qui adoratione cupidi, ac imperandi auidi, Deique voluntati oppugnandi, in toto terrarum orbe seminarunt magicarum artium vanitates, quarum primario fuerunt imbuti Cham, Agonaces, Zeroastes Zaratus, Zambolus, Hermippus, Tyridates Rex Armeniæ, & innumerabiles alij successi ad has scælestas artes quibus Tartarei homines adeò

morbos

morbos virtute dæmonum immittunt vt propter horum magnitudinē, tum ratione essentiæ, causæ, symptomatum, partium affectuum resistentiæ, medicorumque igorantiæ malefici appellandi ueniunt, quod cit. Isid. annuere videtur dum inquit malefici ob facinorum magnitudinem nuncupātur. Sin autem dicere velis maleficus morbus, ceu male afficiat, vel malum facinus, aut veneficus, quia veneno quodam afficit, ingeniosum habebo. Sprenger. ethymologizat, male de fide sentiens actor maleficij.

Maleficium non sumimus nos pro peccato, neque pro signo illo superstitioso magico, nempe ipsa factura, vel instrumento vt in posterum. Itá enim optimè definiuit DelRius, lib. 3. 1. maleficium est magiæ species, qua quis ope dæmonum alteri damnum parat. Codronchius lib. 3. c. 1. de venef. definiens magicum morbum ait veneficium ergo est praua quædam commutatio corporis virtute dæmonis, ex pacto cum homine inito eiusdemque hominis ministerio ad improbam aliquam cupiditatem explendam, iusto semper quamuis occulto permittente iudicio diuino facta.

Quæ etsi omnia amplecti videntur, mihi tamen non quadrat morbum definiri genericè per corporis commutationem, tum quia videatur hæc potius actio transiens, quam positiua, seu permanens; tum etiam quoniam potest esse corporis commutatio ad prauos mores, siue ad prauos humores, corpus tamen per manere sanum, vt exempla in nobismet extant, in quibus gignuntur isti praui humores, dicique stantes, quos postea ipsa natura vincit, & expellit, &c. & parcat mihi grauissimus Auctor, & siquis in huius verba iurauit si nouam definitionem istius morbi adduco, & est.

Morbus magicus, siue veneficus, maleficusue, est constitutio præternaturam (seu sanitatis negationem appelles) facta à malefico, vel maga ex vi pacti initi cum dæmone ad corpori & animæ damnum inferendum permissione diuina ad bonum.

Dicitur constitutio præternaturam sub qua genericè includuntur omnes morbi, & à causis naturalibus manifestis, & occultis, vel spiritualibus.

Siue addidi, negationem sanitatis; quia sanitas est per rectam lineam morbo contraria:

Neque inferas, in sanò corpore dantur morbi insensibiles ex 3. de temp. 4. & 2. de loc. aff. ac 2. p.d.3. 2. qui quomodocumque sint negant sanitatem, ergo mala positio.

Argumentum verum esse non nego philosophica ratione, immò Arist. ideò semper laborare animo voluit 7. ad Nicod. vlt. sed medica penetratione falsa est argumentatio, cum naturales actiones, non impeditas, ac sensibilem læsionem, non imperceptibilem cogitet Medicus.

Facta à malefico; tamquam ab efficiente remoto, & sine quo non diceretur magicus morbus, licet enim veneficus peculiari, vel naturali virtute operari non possit, requiritur necessariò pro fabrica maleficij.

Neq; molestas quo modo dicitur necessarius si dæmon est causa realis proxima efficiens, ipseque solus, Deo permittente, potens est ad morbos immittendum, vt mille exempla in sacris, vt psal. 77. & in Iob.

Scio te scire ea affligendi genera non appellari morbos magicos, sed specificè talem, vel talem affectionem: sicuti cum ab hominum dolo, vel bellico

in-

instrumento malum alteri infertur, vel perimitur, malum illud nuncupatur vel vulnus, vel homicidium, non maleficium propriè, &c. Vtitur creaturis ratione præditis, vt coadiutoribus ad augendam tartaream religionẽ vi similis. Simile enim potius à simile quam dissimile flectitur: a turpi dæmone non ità hortaretur homo; vtitur etiam ijs, vt maior iniuria creatori inferatur.

Vi pacti initi. Quoniam omnes magicæ operationes velut basi innituntur pacto per magos cum diabolo inito. ità vt dæmon operanti mago teneatur concurrere, vel implicitè, vel explicitè, quod habetur, lib. 2. de Doct. Christ. S. August 23. & apud Isaiam, c. 28. ij dicunt percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, quod obseruant sæpe inferi non coactè, at vt eorum cultus conseruetur.

Pactum igitur, vel est tacitum, vel expressum. Expressum tripliciter, vel sollemniter, vel priuatè, cum dæmone, aut cũ eius ministro, vel procuratore. Sollemnis fit per præsentiam visibilem Cacodæmonis, sub forma Regis, stipulante Notario, assistentibusq; alijs magis, ac concurrentibus requisitis plurimis. Quæ liceat narrare, ex q. 7. Grillan. & in curia Archiepisc. Beneuenti practicata plerumq; examine, vt in processibus, ac à Io. Franc. Pico, lib. 2. Strigis, Lamia igitur illa cuncta recensuit sub spe remissionis. Dixit primo quod quando adducta fuit per illam eius Magistram ante tribunal principis, earũ qui est diabolus in forma Regis præsidens in solio maiestatis; instructa prius à magistra, quid factura erat, venit & oportuit primo abnegare baptismum, & omnia christianæ fidei documenta relinquere: deinde Ecclesiastica sacramenta proijcere, pedibusq; proprijs conculcare, & quod nefandius est proprijs excrementis conspurcare, crucem imaginesq; B. semper Mariæ Virg. aliorumq; sanctorum quamuis hæc vltima rarissimè inueni fieri coram eis quidquid narret Picus cit. sed alibi postea satis est quod ista promittant se facturas quam primum cedet occasio; deinde fecit obligationem per solemnẽ stipulationem in manibus ipsius Principis, qua vouit & promisit, quod perpetuò illi erit fidelis, & obediens omnibusq; eius mandatis parebit. deinde medio iureiurando tactis scripturis super quodã magno libro obscuras paginas continente, super quodã circulo in terra sculpto, prẹstitit homagium, siue perpetuum vassallagium, & quod nunquã redibit ad fidem Christi, nec diuina seruabit præcepta: sed solum ea quæ per ipsum principem erunt decernẽda: & ꝙ perpetuis futuris temporibus erit obediens illi, & veniet continuè cum vocata fuerit ad ludos, & ad congregationes nocturnas, & quæ in eis ꝑ alias mulieres fiunt, ipsa faciet & quod etiam aderit sacrificijs illorum nocturnis, & solitas præces, & cultũ adorationis præstabit. vota quæcunque, quæ ipsam præstare contingerit pro viribus adimplebit, & quoscunq; poterit alios ad eandem professionem adducet stupra, sacrilegia quo ad posse procurantes.

E conuerso autem ipse Princeps egregia fronte promisit eidem mulieri sic præsenti præstare perpetuam fælicitatem, gaudia immensa, & voluptates quascunque in hoc mundo habere desiderauerit, & demum post hanc vitam longam, longe maiora munera consequeretur, hæc Grill.

In nostræ curiæ autem examine addiderunt illæ interrogatæ an sciebãt se morituras? Affirmarunt. Tum quid futuræ essent suæ animæ? Responderunt fata, ac dominium habituræ elementi aerei: quibus inquisitor: nescitis vos

æterni

æterni ignis pœna condemnatas? subdiderunt imò ad dominia, ad voluptates Princeps persuadebat. Miseræ, ac stultæ si non habet, quomodo dare queat?

Concluderunt facta aliquo tempore professione, ac aliquando statim, in aliqua corporis parte sensibilem characterem, vt in fronte, in iugulo, sinistraue mammilla, &c. tamquam sui mancipij signum imprimit. videte quam impium obscœnum pactum.

Secunda species fit priuatè cum Dæmone præsertim sibi dato dicto Magistrello, eisdem verò conditionibus, ac sæpius proprio sanguine inscriptione.

Tertia concluditur cum mago aliquo, vel venefica, tamquam procuratore Dæmonis, cum multi reperiantur, vel timentes præsentiam Diaboli videre, vel ob alias causas scilicet quia tot conditiones obseruare nolunt, vt venire ad concilia, &c.

Pactum verò tacitum adhuc duplex; Primum quando quis sciens, ac volens superstitiosis vtitur signis, quibus magi ab his acceptis, vel sermone, vel librorum lectione vti solent: graue enim peccatum est scienter, vel directè, vel indirectè cum Dæmonibus societatem habere.

Neque mihi placet Martini Del Rij sententia lib. 2. q. 4. quod si quis remedium aliquod naturale ex magorum libris, vel sermonibus accepisset, & ab omni peccato foret alienus, licitè ille tali remedio vteretur, Nam primo dat occasionem, vt periculo se submittat talium librorum lector. Secundo libri magici ab Ecclesia sunt interdicti, ijque habentur vt excommunicati, vt Grill. voluit, ergo difficile est ab omni peccato esse alienum, quid id postulat.

Secundum pactum tacitum non ita graue, quando quis vtitur magicis signis bona fide acceptis à libris, cum non credat esse instituta à Dæmone, & contra fidem, nec libros, ac sermones habuerit pro malis, & quando admonitus fuerit, statim superstitionem relinquere, paruifacere paratus esset, in quo non cadit vllum pactum. At in primo casu per scientiam, & voluntatem maleagendi, etiam ob curiositatem est superstitio, vt sciunt Theologi, & sub his includitur pactum antiquum.

Quæ omnia pacta praua necessario requiruntur ad maleficia construenda, eaque esse scelestiora, ac difficilioris curationis, ad quæ concurrit sollemnius pactum, ac potentior Dæmon adstipulatus, non sic qui tacitam habent cum Dæmone professionem, licet ipsi quoque sua execrant maleficia, sed sunt, vt ait Grill. cap. excom. facies quidem habentes diuersas: caudas verò ad inuicem colligatas.

At si quis fortè alicuius tartarei pacti imbutus ad nefandas leges adstringi putaretur, meam hanc consultationem amplectetur, omnia hæc pacta sua potestate posse frangi, & ad nihilum teneri sciat; cum pacta non sint mutua, sed improportionata, & quod Dæmon pollicetur satisfacere nequeat, saltem completè. Veni ergo ad pœnitentiam: Deus enim valdè misericors.

Ad corpori, & animæ damnum inferendũ &c. Corpori scilicet maleficiatis animæque maleficiantis. Vel dic quod finis Dæmonum est etiam maleficiati animæ noxam inferre: vt de impatientia; de Dei iniustitia, de superbia, vt puta, quod talem dolorem non meretur, tentando. Finis ergo Diaboli est contradictoriè oppositus fini Diuino, qui est, vt omnes antecedente voluntate saluentur,

tur, gaudioque sempiterno impleantur. Sathenæ è contra vt omnes damnentur, & mœstissimis pœnis crucientur. Morbus igitur is semper tendit ad corporis damnum, & malum l. eorum in princ. & l. mult. C.c.tit. imò ad necem nisi debita remedia administrentur.

Permissione diuina ad bonum, nam vel magico morbo affectus est pius Iob. 1. Ioan. 19. & sic Deus pœnarum afflictione illius patientia cum perficit, maiusque præmium præparat, ac dicet ex Ioanne in Apoc. 3. dilexi te quoniam seruasti verbum patientiæ meæ. Vel est impius, & sic affligitur, vel vt corrigatur Isaiæ 48. 3. Reg. 11. vel vt detur locus iustitiæ Diuinæ, & S. Thom. 2. dist. 23. art. 2. inquit sic Deus laudabilis apparet, cum per misericordiam parcit, & per iustitiam pœna afficit; & noto quod Deus non semper, nec sæpissimè permittit, cum Dæmonis potentia, eius saluberrimo aduentu limitata, & restricta fuerit, ita vt non per hoc auferatur potentia Dæmonis, sed sunt interdicti crebri actus; Permittit verò ne penitus auferatur libera voluntas tam Dæmonis, quam eius ministri, cum ex D. Dionysio de D. nom. sapientia, seu prudentia Dei non destruat naturam, sed conseruat in suo esse, Dæmon verò Dei voluntatis gnarus aliter cogitans non ad bonum; sed conatur ex saturare malitiam suam, & odium explere nocendo hominibus, & simul si queat in aliquam superstitionem illos pertrahere.

Grill. lib. 1. de sortil. 1. inspiciens ad agentem naturalem, scilicet ad maleficum, seù sortilegum adducit hanc definitionem. Sortilegus propriè is est, qui diabolicam religionem professus est, & noxia quæq; superstitiosa, aut elusoria Dæmonis instructione componit. Ac addit sub verbo noxia continētur species amatoria, & venefica, vt infra sub verbo elusoria cōtinetur diuinatoria species, sub verbo superstitiosa, sortilegia, quæ fiunt ad sanandum maleficiatos.

Santorellus etiam Neapoli Lector Eruditissimus lib. 7. cap. 18. suæ aureæ anteprax. definitionem morbi magici traddere tentauit: Morbus veneficus dicitur ille, qui vi Dæmonis ex pacto inito cum mago, magiq; opera infertur, pulchra descriptio, vt non essentialis, & conuertens definitio, vt ex dictis patet.

CAP. V. *De Magicorum Morborum Diuisione.*

NOn solum veterum variæ fuerunt in assignando morbi diuisionem sententiæ, sed hodierna magis increuit differentia, ita vt nec auctores eiusdem Ciuitatis, eiusdemque domus ambitione se consentiunt. Fateor scribendi facultatem esse liberam; est vero boni ciuis charitati adstringi, quod Cic. 9. ad Attic. annuere videtur, nihil viro bono, & quieto, & bono ciui magis conuenit, quam abesse à ciuilibus controuersijs ciuis minimè appellandus est is, qui ciuitatem non defenderit, auxerit. idemque in Vatic. ait ciuis est is, qui patriam suam diligit, ac bonos omnes ciues saluos, incolumesque desiderat, ò tempora, o mores, nunc ille ciuis, qui sibi incumbit patriam spoliando, minuendoque, & si quis dignum aliquod facinus in publicum mittit, eius gloriam velare cogit, sed quorsum hæc? hodierna occasio.

Morbi diuisio è communi opinione in tres differentias figuratur, vt ingeniosè defendit Franc. Ant. Caserta Med. oculat. Neap. in med. theor. 186. In

partium similarium intemperie, partium dissimilarium, siue instrumentalium, seu organicarum aucta magnitudine præternaturam, vel diminuta; Tum vtriq; communi vt puta continui dissolutione.

Hæc tertia morbi diuisio venit negata ab Auerr. à Concil. Argent. &c. quibus subscriberem, nisi medicus essem, cuius morborũ numerũ potius auctum, quam diminutum proprium est optare; volo nunc potius cum Gal. varijs in locis errare, trinam allatam diuisionem sectans videbo an magicus morbus pari similitudine diuidi possit.

Quod si morbi isti dantur, cũ ex naturæ defectu à causis naturalibus fiant: facilius quidẽ est iudicare maleficos morbos admitti secundũ varios modos, cũ habeant originem mediatè à spirituali causa supra naturæ ordinem varia callente. id non negant Grill. lib. 1. q. 3. auct. S. August. 8. cap. 19. & 10. de Ciuit. Dei. libri mallei malef. Codronchius, & Vairus lib. 3. cap. 11. & alibi. S. Thom. p. 1. q. 111. art. 4. ad 2. & 3. explicat quod potentia Dæmonis non solum est causa trium morborum specierum supra allatorum, sed alterius præter communem modum, referam verba ipsius.

Ad secundum dicendum, quod per commotionem interiorem spirituum, & humorum potest Angelus aliquid operari ad immutandum actum potentiæ nutritiuæ, & similiter potentiæ appetitiuæ, & sensitiuæ, & cuiuscumque potentiæ corporali organo retentis.

Ad tertium dicendum, quod præter ordinem totius creaturæ Angelus facere non potest, sed præter ordinem alicuius particularis naturæ facere potest; cum tali ordine non subdatur, & sic quodam singulari modo potest sensum immutare præter modum communem, plura etiam probat Fernel. 2. de cap. rerum abd. 16.

Huic præposito non parum fauet conclusio probata à del Rio lib. 3. q. 4. s. 2. sic. permittente Deo maleficijs suis sagæ complures mortales morbis grauissimis, vel morte afficiũt, exempla dedimus cap. huius lib. 2. & Menghus in comp. art. exor. lib. 2. cap. 19. Auctores mall. varijs in locis.

Ad hanc probãdam conclusionem adducit D. August. cit. tùm cap. nec mirum §. magi. 26. q. 5. tùm leges diuinas, & ciuiles, affertq; multas historias, tùm morborum magicorum, tùm infantium mortuorum. Ac ipse adscriberem tres processus si breuitas id mihi permitteret, sed breuem ad huius confirmationem vnum habui de Nobilia, & Violante maleficis, quæ confessæ sunt tercentum infantes necasse.

Confirmat id Godelm. lib. 1. de lamijs, præterito anno, inquit, Comes quidam Germaniæ octo veneficas Vulcano tradidit, quæ 140. infantes interfecerant. anno 53. captæ sunt Berlinæ duæ fæminæ veneficæ, quæ glacies ad perdendas fruges perficere conatæ sunt. Eæque mulieres rapuerunt furto alterius vicinæ mulieris infantulum, & ipsum dissectum coxerunt. Factum est diuinitus, vt mater quærens infantem interueniret, ibique ollam, & imposita amissi infantis membra videret. Captis itaque mulieribus, & in tortura examinatis, dixerunt, si processisset coctio tunc futura fuisset ingens glacies, ita vt omnes fruges perderentur. Narrat etiam lib. 7. Cosmog. 13. Theuetus. In oppido Guzola Africæ Elzanam quandam spacio duorum annorum malis artibus plusquam octingentos homines interfecisse, idem scripsit Spreng. 2. par. mallei.

Cardan.lib.15.var.lec.8. Grillan.loquens de pingued. pagan. lib.2.q.6. ad. 10. subdit ex quarum tactu, aut aliorum cibo, vel potu in humanis, aut brutorum corporibus infinitæ causantur ægritudines, & morbi intrinseci; quandoque ex his prouenit lucis priuatio, quandoq; verò membri debilitatio, neruorum attractio, dolor capitis, dentium, pectoris, stomaci, ventris, cordis, & iste sæpius cæteris euenit; quandoque rerum dolor intensus, aut alterius membri, & partis corporis: Quandoque verò prouenit febris, tussis, dæmentia phtisis, hydrops, aut aliqua tumefactio carnis in corpore, siue apostema extrinsecus apparens; quandoque verò intrinsecè apud intestina aliquod apostema fit adeò terribile, & incurabile, quod nulla pars medicorum id sanare, & remouere potest, &c. vt dicemus, ac subdit, si igitur remedia huiusmodi non adsint corpus ipsum maleficiati paulatim consumitur vsquequo deuenit ad extremum vitæ, quandoque verò velocius occidunt, quando volunt inferre mortem absque remedio, adhibent venena atrociora, quæ vitam ipsam citius perimunt, quædam lac esiccant, ac quædam abortum prouocant poculis: quædam impediunt in masculo, & in fæmina virtutem generatiuam, alij debitum vxori dare prohibentur, vt exempla recitat, & nos superiori cap. scripsimus.

Sat nunc dixisse maleficos non solum omne genus morborum medicè vi Dæmonis occasiones esse; sed etiam aliorum morborum mirabilium, rerum multarum mirarum esse causas, vt historias plerasq; narrat Del Rius, Franciscus Vallesius c.28. sac. philos; Ananias de Nat. Dæmon.

Et Nicolaus Taurellus (referente Vueckerio) ait Diabolus enim morbos quamplurimos inferre potest, quorum nobis incomperta, est ratio. Potest autem quod suptilis existens facilè corporis partes vniuersas peruadat, quas constringat, diuellat, aut aliter excruciet, viscerum quoque actiones ad vitam sustentandam necessarias inhibere potest, quin & tetro halitu varijsque venenis nobis incognitis pulmones, aliasque corporis partes inficere potest, vnde morbi præter naturalem modum exoriuntur.

Et in vita S. Simonis, & Iudæ legitur quomodo coram Rege Babyloniæ Larochi, & Arphaxat malefici fuerunt constituti, qui ipsius Regis oratores, & Rectores mutos, & claudos, atque cæcos effecerunt, & visum, & gressum eisdem denuo rediderunt.

Tùm in vita B. Angelæ corporis sunt tormenta innumera à multis Dæmonibus multipliciter agitata &c. Addit Sprenger part. 2. Mall.q.1.c. 11. 12. morborum magicorum plerasque historias à quo modo maleficæ, lepras excitarunt in quibusdam in multum insufflando, de infirmitate habemus ex Luc.13. de muliere detenta in infirmitate annos decem, & octo, à quo Dominus spiritum infirmitatis eiecit. Mattiolus in præfat. in Dioscorid. non iniucundum narrat de quodam circumlatore exemplum vi cuiusdam pulueris malefici morbum inferente.

Ad hæc adiungam exempla Euangelistarum, vt de Lycanthropia, seù lupina insania Luc. 8. de epilepsia Marc.9. Matth.17. de conuulsione spinæ dorsi Luc.13. de melanconia Saulis. 1. Reg. & in vita S. Marci quot morborum genera excitata ab illis duobus Magis Zaroes, & Arfasat leguntur?

Concludamus igitur maleficos non solum morbos ordinarios, vt puta in intemperie quomodolibet, in mala compositione, ac in soluta vnitate, sed miros,

ros, & in arte medica plerosque inuisos, ita vt Medici sæpè in iudicando decipiantur, ac mederi nesciunt, efficere posse.

At quoniam vel morbi sunt acuti, vel magni, vel parui, & ordinarij, vel chronici: omitto contagiosos, vt de peste 1630. cum Dęmonis vi magus immittere potest si enim habet potentiam in corpora tùm humana, tùm bruta immitrendi, vel maleficio ligandi Diabolum, vt ea affligat:eo magis contagiosos morbos.

Quare ex obseruatis, & historijs magicos morbos vniuscuiusque huiusmodi naturam sapere clarè probatur. Nam quatenus citò terminantur, magnasque molestias habeant cum vitę periculo nuncupantur per acuti, vel acuti ratione termini, vt pręter alios obseruauimus in vxore D. grauissimi medici Io. Angeli Albini febre acuta ex maleficiò citissimè interempta dissoluta sine debitis ceremonijs cerea imagine inuenta acubus, speculisque infixa.

Magni differunt ab acutis, nam etsi Gal. 2. aph. 23. dixerit acuti morbi censentur, qui & magni sunt, & ad statum celerìter perueniant, vnde fit, vt breui tempore magnas faciant mutationes, non tamen omnis magnus dicitur acutus, sed & 4. met. 6. tripliciter, vel propter partis pręexcellentiam, vel propter affectus magnitudinem, vel propter cacoethiam, Annis pręteritis incidit in manus nostras iuuenis quidam casalis S. Leuci, qui maleficio atrociter febriebat, cum crebra respiratione, frequentatoque delirio, ac auram frigidam sępèque capere optabat, & quod mirum, cum domesticis mitescebat; cum medicorum, exorcistarumq; pręsentia accendebatur, ita vt se præcipitabat, & nisi vinculis retinebatur, morsibus, dentibus stridentibus maximum damnum intulisset, tùm aqua lustrali, fuga Dæmonum, vel ruta benedicta, vel cereo benedicto solum visis in latorem miro impetu, ac clamore irruebat, qui miserandus, ceù Dæmonio obsessus quatuor tantum dies vitaliter consumpsit. num quis neget hunc non fuisse morbum magnum ratione triplicitatis?

De his, & alijs morbis cum millena extent exempla à te forsan lecta, vlterius non me extendo.

Videamus nunc cur morbus magicus, maleficus appellatur in schola medicorum? Malignus, seù maleficus variè explicatur. 1. epid. 2. 75. Gal. malignum appellat, qui cum læthalibus sympthomatibus est coniunctus, & enumerat quamplura. At 3. de cris. 4. malignum, benignumq; morbum ex subsequentibus symptomatibus agnoscit. 1. prorrh. 14. morbos cacoethes inquit, idest malignos appellamus quicumq; quidem periculum minantur spem, tamen salutis non adimunt, quare variè loquitur Valles. 4. met. 2. malignum ait morbum. in quo maior est casus virtutis, quam pro magnitudine affectus; Nos verò malignum explicamus exemplo Hyppocrate Pharisei, seù viri malefici, vel Palimpoli, vulgò non te ne fidare, qui bonitatem simulans aliud in corde, aliud in ore tenet, ac assimilantur Lunæ radijs luminosis, pulchris, & ferè suis inuitantibus subhabitare, tamen sunt improprij, vitæque aduersantur, hinc Poeta

Quale sub incerta Luna sub luce maligna.

Excellentiss. Phil. & Med. D. publicèque Lector Comes, & Scriptor Marius Zuccharus viperæ naturæ assimilabat, quæ retrocedendo fingit humilitatem,

vt sero

vt ictu fortiori vi superbiat, quod dipinxit Hypp. 1. epid. 2. c. 25. proprium scribit est malignorum aliquantulum remitti, citòque rursus ex intermissione violentius incessere. historijs confirmatur belle. 1. proret. 2. 27. multisque in locis epid. vt. 1. ser. 2. de duobus Fratribus. tum sec. 3. lib. 3. cap. 5. & clarius in historia Hermocratis: hic enim cum à principio igne correptus fuisset vsque ad diem vndecimũ, grauia omnia symptomata apparuerunt, & hoc ipso die visa sũt, omnia remissa esse, vt iam decimoquarto á febre liber apparuerit: post septimum decimum redijt febris, vigesimo sexto defunctus. Humor enim malignus cum crescit in loco ignobiliori, nulla initio infert symptomata. At cum adauctus vrget naturam, ad expulsionem detruditur ad aliquam nobiliorem partem, hinc fit causa inopinatæ mortis.

Quid si humor mala qualitate auctus, vel venenositate infectus huiusmodi se gerat, quæ putas causare posse Dæmonis potentiam?

Dicitur verò maleficus non solum ex allatis medicorum placitis, at quoniam ipse agens est cupidus homines ludendi, nocendique propriè proditor, qui sæpè sæpius ipsummet maleficum ad vitæ præcipitia callidè ducit, & tu miser tantam fidem huic adhibes? nescis ipsum semper palimpolum proditorem? recordare nostri, primi parentis, cui promisit si fructu illo Paradisi, vesceretur nequaquam morte periturus, sed fore vt Deus: scis quod contra successit?

Restaret vt maleficium diuiderem in tot species, quot humana sunt capita (pura excipio) estque dico familiare omnibus, non solum diuersis coronis septis, variaque sceptra tenentibus, at hominum, mulierumque cunctis gradibus, ita vt alij afficiuntur maleficio suos ditandi; stirpem, gentilitias ad perpetuum honorem extollendi: alij maleficio imperandi, regnandi, dignitatesq; possidendi: alij belligerandi victoriamq; reportandi; alij diuitiarum, alij lucrifaciẽdi, alij æstimationis, alij nobilitatis, ambitionis, alij scientiarũ, sanctitatũ coloris, pulchri ingenij, alij fortitudinis, alij optimæ corporis valetudine alij pulchritudinis, formositatis, amoris, amãdi, alij alio maleficio vtũtur. Quæ oĩa vtinã à Christi fidei imbutorũ cordibus abessent, & Dæmõ ea pro vt occasio, ac hominũ procliuitas suggeritur nequaquã fabricaret. In hoc enim differt id maleficium à suprascripto, quod in illo requiritur magus, & Dæmon vi pacti, in isto talis, vel talis homo recipiens, vel voluntariè, ac Dæmon excitans, ac inflammans. Vnusquisque ergo propria vitia intueatur pondere rectaque mensura mensuretur, se ipsum corrigendo, si à suo maleficio absolui cupiat.

CAP. VI. De Causis Magicorum Morborum.

De causis tetigi supra in definitione, nunc rem luculentius explicemus, nam monebat Gal. p. ad Gl. P. vt optimè curetur, magnam vim habet, vt morbi causam inueniamus: quam reperiri in casu nostro difficillimum iudicant, cum non sit ordinaria physica, sed potius mirabilis, ac diuina nuncupanda ex Gal. 1. proret. 4. non enim simpliciter quæcumque causas habent incognitas, aut inopinabiles, diuina vocamus, sed vbi mirabilia dumtaxat. Relicto ordine diuidendi causarum alia erocatartica, alia antecedens, alia coniuncta, vel alia efficiens, materialis, formalis, & finalis, qui applicari potest

in

in hoc loco breuiorem sectabimur regulam ex Hypp. 2. de nat. hum. causa, alia interna, alia externa.

Causa interna, vel est efficiens conditionalis, vel proxima, vel remota, vel est materialis; conditionalis efficiens, siue permissiua est Dei voluntas semper ad bonum, cum per misericordiam parcit, & per iustitiam pœna afficit; Ad diuinam enim prouidentiam spectat, vt vnumquodque in sua natura relinquatur, & in suis naturalibus operibus non impediatur, ideo permittit sæpè, vt alia agentia (Dæmones sunt voluntarij agentes) ex præscripto naturæ operari.

Efficiens interna proxima est Dæmon, vel immediatè, vel mediatè. immediatè vt dum agit virtute propria, vel simplicem, vel honoralem temperiem variando, humores mouendo, augendo, transportando ad alia membra, vel è loco ad locum, vel partes obstruendo, vitiando, dislocando; Vel continuum dissoluendo, prout inueniat magis patientem dispositum, licet enim ipse enim sine tali dispositione vi propria à Deo limitata, multa agere sit potens; tamen vt facilius fiat effectus, & vt videatur naturalis, vt medicos, aliosque decipiat huiusmodi dispositionem requirit. Valles. verò aliter lib. de sac. phil. c. 28. considerans Dæmonem vt extrinsecus aduenientem ad corpus inhabitandum, morbosque inducendum, voluit esse causam externam.

Mediatè, scilicet mediante auxilio rerum naturalium, nam cum ipse calleat omnia venenorum genera ad malum optatum inferendum illis à malefico vti solet, vt dum petit immittere profundum somnum, applicat temporibus, naribus, collo somnifera, ceù mandragoram, opium, iusquiamum aconitum, solanũ apium, &c. aut vnguento redacta, aut in quinta essentia, vel in spiritali substantia, qua sæpissimè & frequentius vtitur cum breuissimo tempore penetrando affectiones quascumque inducat. Possunt enim Dæmones, vt optimi chymici minimo interuallo substantiam spirituosam, veluti formam à crassitie materiæ purgatam separare, nam si se iactant Theophrastus, quercet, Vueckerus, Crollius &c. soporifera, vel alia venena ad minimum reducere; mira diligentia pollet inferorum ciuis.

Causa efficiens interna remota est maleficus agens, non ex propria natura, seu vi temperamentis ad tale maleficium sine altera potentia apti causãdum, sed auxilio, & posse Dæmonum. ipse enim etsi videatur, vt intentionale agẽs, & vitiosum. necessariò tamen ad hoc vt sit maleficium eius concursus requiritur, vt forma; tùm vt cultus, & lucrum Dæmonum conseruetur; tùm vt dicatur potius à tali homine, quam à Dæmone esse factum formaliter.

Hinc tacitè negandum venit non dari maleficium à verborum, vt talium proprietate, à visu, à tactu à caracteribus, numeris, syderumque obseruationibus, & his similibus. sed si quæ cernuntur ex his, sunt per illa vt signa ratione pacti.

An verò forti imaginatione malefici, vel maleficiantis imprimentis causari possit maleficium, multi affirmarunt, quos citat Del Rius lib. 1. cap. 3. & ego à Theophrasto de vita longa 216. ita excipio non prætereundi morbi, qui proueniunt ex mentibus, & æstimatione propria, & imaginationibus alterius, & incantatione superstitione, & similibus, vnde Poeta

Nos habitat, non tartara sed nec sydera Cœli,
Spiritus in nobis qui viget, illa facit.

Non

Non negantes magnam vim, vt naturalem imaginationi, à qua multa mira manasse narratur, & in morbis recipiendis, sanandis, ac in corporis potentiarũ alteratione &c. breuiter ab imaginatione tamquam agente naturali, & permanente nullum maleficium prouenire posse dicemus. Nam posito, quod radij is imaginati extramitterentur ad rem disiunctam, suam tantum virtutem imprimerent, quæ cum sit pura naturalis, nulla esset proportio, vt quod contra naturam est gigneretur, requiritur verò praua malefici intentio, vt forma concomitanter.

Vel loquimur de effectu imaginationis in proprio subiecto, vt dum quis mente apprehendit se maleficio esse affectum, & neque dicitur verum maleficium, sed falsa imaginatio, plerique enim sic affecti inuenti sunt, vt nisi ex industria medici ingeniosi affirmantis, ac exorcismis, proprijsque remedijs stratagemmaticè curati essent, vsquedum in hæresi maleficiati permanerent. sed plura infra in cap. de curat. stratagem. vbi de vi imagin.

Ad internam etiam causam reducuntur tum interna quædam simplicia, & composita immissa ab ipso Cacodæmone ad nocendum in humana corpora, quando vult medijs naturalibus vti, vt sunt venena multa officina Plutonis parata, aut redacta in aliqua forma, vel commestibili, vel potabili, vel euaporabili, seu spirituosa.

Adde, quod illa, quæ euomunt, vel eijciunt obsessi; aut magico morbo affecti, aliquando vt acus, spiculas, clauos, carbones, sulphur, imagines quascumque capillos, vngues, stercoris omne genus, spinas, saxa, cultros, ligna, tùm animalia, particulas carnium, vel mostrorum, cæteraq; huiusmodi, hisce oculis vidi maleficiatos, qui euomuerunt placentæ particulas, frumenti pastas, filorum nodos, mulierumque crines, ferreumque clauum; Spreng part. 2. Mall. q. 1. 13. Cesalpin. de inuestig. Dæmon. cap. 17. historias etiam narrant, & Forestus lib. 15. obser. med. 29. vomitum crinium conglomeratorum obseruauit, & in lib. 17. obs. 26. ita vidimus (inquit Alexander Bened. Veronensis lib. 11. cap. 7.) mulieres duas, quæ acus pariter crinales, vitri frustra, capillosq; pusculos (vt nos quoque vidimus) vomitu reiecerunt: quarum altera, vt refert idem Benedic. exanimata interijt, altera tres ingentes caudæ caninæ arefactos nodos euomuit, qua ratione, aut quomodo prius ea hauserint veneficia in dubio est: sic nos quoque vidimus pannum, clauos ferramenta, &c. quæ omnia reducunt etiam ad internas causas.

Sed quomodo illa intromittuntur in corpora? & an sint realia, & vera, & apparentia? lis fuit inter aliquos.

Grillando, & Syluestro Prierato placuit verè in corpora immitti à Dæmone, vel per anum, vel per oesophagum aperiendo in somnis, vel per alias cauitates sine sensibili læsione, in vim habeat id agere, in puluerem res illas prius reducendo, & deinde in corporibus eas vniendo ob imperium, quod habet in naturam, & res naturales.

Alij auctoritate medicorum contendunt naturaliter posse res illas generari in corpore, & Gal. 2. ad glau. & Aetium, & Boniuenium, & Io. Langium Trall. lib. 4. cap. 6. Del Rius adducit, narratque historiam lib. 3. part. 36. Comitis filij, qui lacertulas satis magnas in vrina eiciebat. Potuit autem naturaliter, ex humorum corruptione, & rerum vitio.

At

At capillos, tophos, pilorum glomos in corporis cauitate, adiuuante naturaliter Dæmonum opera, & humoribus posse generari non est absurdum, exemplo quotidiano: sorfices vero, acus, cultros, & huiusmodi metallica naturaliter inibi gignere posse persuadere non valeo.

Paracelso lib. de occul. phil. cum Nicol. Remig. arrisit opinio hæc, nempe à Dæmone poros corporis extendi, per eos deinde duriora hæc, & maiora inseri, & poros rursum concludi, quorum apertione iterata demum, quando Dæmoni videtur intrusa expellantur. Adducit exemplum de fulmine, quod sine læsione poros vaginæ penetrat, laminamque gladij chalybeam liquefacit.

Errant verò quia admittunt corporum penetrationem, cum pori illi sint, ita angusti à diuino fabro fabricati, vt vix cogitare queant. Exemplum de fulmine est dispar, cum sit naturaliter ea vi præditum, vt duriora, ac resistentia consumat, mollia autem, & cedere facilia sine læsione transmittat.

Alij dicunt illas res posse esse veras, sed destro modo furtim, ac inuisibiliter motu illo vomitus Dæmonem ibi adducere ad ludendos Christianorum opiniones, & vt sua gesta mirabilia habeantur. Siccine fuit ille clauus ab obsesso eiectus in templo Sancti Bartholomei 1627. qui statim ab oculis populi euanuit.

Multi affirmarunt eas esse res apparentes, & præstigiosas, id fieri eodem fine.

Nos igitur concludamus vtroque modo se res haberi potest, nempe vel Dæmon ea apparenter, & illusoriè hominum intuitui offert, sicut post breue tempus resolutas, vel euanitas, vel in propriam naturam mutatas inspeximus sæpesæpius; Vel citra fictionem res illæ per Dæmonem in os occultè ingeri, vnde mox eijciantur. Tum alijs corporeis partibus possunt etiam inseri, & includi, ac modus esset si profundo somno maleficiandum demergat, & doloris sensum eximat, tùm dextrè incidat membrum materiamque duram imponendo, citò vulnus consolidet sine cicatricis vestigio, vt expertissimus chyrugus.

Dubitarunt multi de his operandi Dæmonum modis, quos vt actu possibiles probem adducam aliqua mira naturæ opera.

Beniuenius cap. 20. de cauf. morb. abdit, & Forestus lib. citando infra. inquiunt mulierem quandam, æneam acum deuorasse, quæ nulla inde noxa percepta integrum annum, ita vt erat sana permansit. Quo peracto cæpit dolor satis acutus mulierem ipsam circa ventriculum vrgere; cum remedia à diuersis medicis nihil proficerent, & sic annis iam decem tali dolore miseram vitam traheret. Ecce acus illa terebrato ventriculo è paruo demissa foramine prosilijt. Quam acum Beniuenius vidit, & mulierem curauit, quæ paucis post diebus, vnitate vulneris facta, in pristinam sanitatem restituta est.

Io. Langius lib. 2. epist. 40. refert in gynæcio Ducis Iuliacensis, uirgo dùm se se exornaret, perterrita ingemiscens, acus quinque quas in ore mordicus tenebat deglutiuit, & per urinam illæsa easdem reddidit. idem Bened. Veron. lib. 2. cap. 9. de Virgine Veneta, quæ acum crinalem, qua cirri capillorum intorquentur quatuor digitorum longitudine, quam obdormiscens in ore detentam deglutiuerat, decimo tandem mense eminxisse, ex lib. 15. obser. med.

Foresti 27. Arculanus cap.57. ad Alm. narrat, & vidi semel, os acutum infixum in gutture exire per cutem exterius in fine duorum mensium Iulianus medicus (ex Beniuen. cit.) vomitu frustum carnis ad paruæ pilæ magnitudinem in quo vermis non secus, ac bruchus in fili qua recludebatur, reiecit, & ad pristinam statim reuersus est valetudinem.

Ambrosius Paræus strenuissimus Chirug. lib. 2. chyrug. 17. meminit de studioso, qui cum spicam germinis deglutiuisset, eaque in pulmonem per tracheam descendisset, Natura illam transuersis pulmonum lobis illæsis, integris etiam costarum musculis, & quæ succingit eas, mēbrana incolumi, integram expulit. Tùm de opilione, qui semipedalem cultellum cui corneum erat manubrium crassitudinis pollicaris in fauces à prædonibus ore aperto adactum, sex solidos menses in corpore retinuit, & tandem nata in inguine vomica, inde chirugus extraxit, non ne necessariū fuit per angustissimos meatus quosq; à faucibus in inguem cultrum peruenire?

Beneuenti habetur exemplum de spica frumenti deglutita, & rupto abscessu sub alis euulsa est, idem de pila plumbea tormenti sulphurei, quæ cum chyrugicæ manus industria minimè extrahi potuisset in musculis natium, natura medicatrix supra genu rupto abscessu illam extramisit.

Sed quid memoro naturæ mira, præsertim in morbis superandis, eiciendoque superflua; nam dicebat Hypp. 6. de morb. vulg. sec. 5. inuenit natura ipsa sibi aggressiones, non ex præmeditato, & Gal. 7. aph. 54. & 6. de loc aff. 4. naturam, quando ipsa robusta est admirandas, & incogitabiles sibi vias parare, ac 1. de Frac. 4. inquit quod natura quomodo agat ab humano ingenio inueniri non potest; ita vt in epid. dictum fuit sine naturæ ope nullum morbum vinci posse à Valles. quod purè falsum defendit morbus in compositione, & in numero, qui tantum artis ministerio sanatur.

Ex quibus si natura tot, & maiora mira facit, ita vt physico etiam impenetrabilia videntur, num quot maiora operari potest Dæmon, qui superior naturæ corporeæ creatus est?

Addunt alij causæ externæ instrumenta ea, quibus ad iaculanda maleficia veneficæ vtuntur, vt sunt fila, ossa, vitrum, capilli; vngues, caligarum, vel vestium particulæ vestes, seù secundina infantium nefandè baptizata: claui; acus, spiculæ, spinæ, legumina omnia; fructusque sicci: semina quarundā plantarū, frumentum, milleum, gallæ, & sæpè iuglandum nucum cortices, stipites, vel frustula, vel harum arborum frondes, aut radices, quæ omnia vel coniunctim, vel separatim in malefici compositione multoties obseruauimus, & vrenda iussimus, atque hæc appetere Dæmonem iudico ob honorem, & memoriam suæ adorationis sbb nuce maga Beneuentana, de qua alibi, l. 6. obser.

Tùm particulæ mortuorum, præcipuè repentina morte, vel laqueis suspensorum, aut obtruncatorum; nec non auium rapacium, vel ferarum; ceu felium carnium nigrorum, hircorum, verueum, serpentium, scorpionum, scarabeorum, araneorum, vespertilionum, lucertarum bicaudatarum, cæterorumque animalium, quæ analogiam habent cum Diabolo, ossa, & corda, & hepata, & intestina cæteræuè particulæ; tùm radices quædam vulgo la concordia, & la discordia, lapis calamita, funium suspensorum particulæ plumæ artificio quodam inserta, & cortices fabarum quadam pinguedine intinctæ, vt sæpè diligen-

ter vidimus, & quoddam hepar forma piramidali reductum quadam nigra penna transfixum recenter obseruauimus in honosto viro Donato Sionno nunc superstite.

Extant etiam characteres quidam certis influxibus astrorum depicti, imagines, vel cereæ, vel plumbeæ, vel ligneæ, ligno que nucis, aut materia alia, nunc simplices, modo clauis, terebello, spiculis, acubus, spinis transfixæ, nunc sine bracchio, vel manu, digito, pede, auribus, oculo, naso &c. prout cogitat damnum inferre viperina malefica; ipsaque solent cælari sub latere, vel cardine postis, vel sub culcitra, seù puluino, alioque abstruso loco. Et fassa mihi mulier quædam est, quæ cum cor cereum intentione sui amantis fabricasset, ibique quendam clauum transfixerit marmore nefando, quando amantem ad se volare optabat clauum illum marmore percutiebat, ita vt miser amans citò eam petere cogi sensiebatur.

Abutuntur etiam quibusdam sacris ad spernendam fidem. credentes tunc maiorem honorem Dæmoni inferre, ad hoc vt effectus facilius perficiatur. tùm semine humano, sanguine mestruo, cerebro murilegi, lacertæ, gatti, tùm pilis hyenæ, lupi, pudendorum mulierum; stinco hipponane &c.

Quæ & similia etsi videantur connumerari inter causas externas, & internas, pro vt applicantur, cùm in tantùm magicis morbis obsessi afficiuntur, in quantum instrumenlum maleficis persistit: Tamen eæ res cum naturaliter nil iuuent ad maleficium, vel morbos magicos inferendum, dicuntur esse signa, & pacta facta inter Dæmonem, & magum: Seu sunt res quædam ad dandum illi his cerimonijs obsequium, & seruitutem, cuius est maximè auidus.

Sed quomodo à veneficis alliciuntur Dæmones rebus illis, cum non habeat sensitiuos appetitus delectandi, vel dolendi?

Respondet D. Thom. q. 115. art. 5. ad 3. 1. par. quod appetitus ij possunt inesse pro vt simplices actus voluntatis; & nulla alia inclinatione, aut esca alliciuntur, nisi signis, & vt conseruetur cultus eorum.

Petis secundo est ne verum certis constellationibus fabricare maleficia?

Affirmat S. Thom. cit. duplici de causa. Primo, vt homines in errorem inducant, quod credant aliquod numen esse in stellis. Secundo, quia considerans illis constellationibus materiam corporalem esse magis dispositam ad effectum inducendum; & subdit, ideo veniunt de facili in augumento Lunæ; propterea quòd tunc cerebrum humanum augumētatur, & magis est dispositum ad recipiendum perturbationes illatas à Dæmone.

Tertio subdis instrumenta illa magica, quæ inueniuntur in angulis aliquando domus sæpè in culcitris, arca, in lectuli puluinaribus, ceruicalibus, ac etiam in chlamide, alijsque vestimentis ægrotantis consuere sinè apersione, vllaque iactura?

Respondetur ea instrumenta, vel Dæmonum opera propria abscondi, uel de nocte uenefica manu, aperiente, & consuente Diabolo.

At cur de nocte? an quia ad malum audaciores cùm sequuntur eorum ducem tenebrosum, qui lucem odit. tum mendacium cooperiant, qui male agere intendit lucem odit, & fugit.

Neque per id negatur inueniri operationes Dæmonum etiam de die, ideo dicitur in psalm. 90. non timebis à timore nocturno à sagitta uolante in die, à

negotio præambulante in tenebris; ab incursu, & Dæmonio meridiano.

Modum maleficiandi expressit Grill. q.3. nu.13. dum ait, quando maleficiandum, siue masculus sit, siue femina dormientem suis liquoribus, aquis, oleis: aut pinguedine, siue alijs similibus vnctionibus, plura, & diuersa venena continentibus inungunt; quandoque femora, quandoque autem, aut caput, guttur, pectus, costas, seù aliam partem corporis personæ maleficiandæ, quæ sic dormiens nihil sentit, & est tanta vis, & potentia illius vnctionis, quod paulatim durante calore ipsius dormientis ingreditur intus carnes; & vadit ad penetralia cordis, viscerum maleficiati, vnde paulo post causantur ingentes dolores in corpore eius, cum primum scilicet maleficium, vel factura, vt dicunt, tangit intestina maleficiati, illinc succedunt maximi vlulatus, & lamentationes tam crebræ &c.

Quæ cum hæc Grill. penetrarem, in mentem mihi venit ad ternas causarum differentias vim Dæmonis perstringere. Vel ille existentialiter causat vexationes, vel languores, & dicitur causa interna proxima, & principalis; hinc vexatio. Vel ipse excitatis, relictisque morbis, vt puta mota aliqua intemperie, vel fluente, fluxaque aliqua materia, aut dissoluta aliqua vnitate, vel dislocatis partibus non existit, nuncupatur causa remota principalis, & potestatiuè potest ingrediendo, & egrediendo renouare semper morbos permittente Deo. Vel vsus sit venenis phisicis simplicibus, vel compositis, quibus applicatis, vel intromissis causentur passiones, & dicitur causa externa, &c. ac illo initio præsens in suo effectu.

CAP. VII. *Qui coniecturandi sunt esse magis dispositi ad capessenda maleficia.*

Difficilis coniectura ex imperscrutabilitate secretorum Dei, & humanæ conscientiæ: nam viros bonos, & malos his morbis vexatos vidimus, & historiæ comprobant.

Ex alia autem parte discurrere possumus argumento à posteriori. Cum enim Draconis sectatores neminem nocere queant, nisi cui iustus Deus permiserit, & quantum permiserit; ideoque legitur inferi incolas veniam à Deo petere, dum nocere volebant, vt dum porcos subirent, à Christo D. N. veniam habuerunt. Matth. 8. dum Iobum affligebant Deus permittebat, Iob. 1. & 2. de Prophetis Acab. 3. Reg. 22.

Quare cum id à Deo semper ad bonum permittatur, nulli dubium est eas magis esse dispositos ad morbos veneficos capessendos, cui propter peccata mortalia longinquior est, & non prohibens; Amicos enim suos defendit, ac si quid mali permittit; id amoris virtute agit, ad eis maiora præmia largiendum, quis contra te, se Deus est tecum. liberat eos de laqueo venantium, à sagitta in die, & ab incursu, & Dæmonio meridiano, dat virtutem potius conculcandi Leonem, & talem Draconem Psalm. 90. quod fit, vel à Deo interius per gratiam, vel exterius per custodiam Angelorum.

At cur inter complexiones melanconici sunt magis dispositi ad huiusmodi maleficas affectiones?

Rationem reddunt propter simoleitatem, quam cum Dæmone habet hu-

mor

mor iste, cum præceteris sit superbus, inuincibilis, & rebellis medicamentis; hinc Gal.3 de loc.affec.7.ait, vbi in ipso celebri corpore melanconicus succus abundat, eam insaniȩ speciem, quam Græci vocant melanconiam efficit, quo fit, vt neque subito, neque affatim soluatur: tum est cognobilior magis fœtidus, amarior, obscurior, & aptior ad sæuiora symptomata mouendum, præsertim insaniam, & desperationem, quæ ab illo nequam maximè exoptatur, ita vt etiam medicè causare solet morbos, qui malefici iudicantur, vt historiæ millenæ extant de insanijs, de præti filijs in bouem apud Gal. de atra bile.

Et sæpe in leui quærebant cornua fronte,
Omnia complectens falsis mugitibus arua,
Sed detractantes collum submittere aratro.

De lycantropia, seú lupina insania Arabibus Chatrab. vnde Auicen. lib. 3. F.1.T.4.15. appellauit quamdam maniam dæmoniacam; Leoninam vel auinam, vel caninam, &c. monstrantem signa ferè obsessi Ouid. 1. metamorph. sic depingebat.

Territus ipse fugit, nactusq; silentia ruris
Exululat, frustaq; loqui conatus ab ipso
Colligit os rabiem, solitaq; cupidine cædis
Vtitur in pecudes, & nunc quoque sanguine gaudet,
In villos abeunt vestes, in crura lacerti
Fit Lupus &c.

qua melanconia refert Forestus lib.10. obs.19. auctoritate Vuierij, multi doctissimi viri Medici decepti sunt ad affirmandum morbum esse dæmoniacum.

Sed quid? tribuunt plerique vim succo melanconico, ceù æthereo, dum futura pronosticantur, dum latino idiomate indoctus aliquis loquatur, ac ea encomia præbent, vt diuinatores, poetæ, sibillæ ab illo originem traxissent, quod Arist. probl. 30. sec. 1. Plato in Ione confirmarunt, tùm Petrus Appon. in Arist. cit. & Cardanus ausi sunt, ita scribere. Ego etiam audiui à fideli Medico, quod mulier quædam illitterata dum esset melanconica latinum loquebatur congruum, qua sanata euanuit. & Forestus cit. de rustica indocta muliere hymnos, & cantiunculas latinas cantante. Guaynerius T.15. cap.4. narrat ego Pinaroli quendam rusticum melanconicum vidi, qui semper Luna existente combusta carmina componebat, & transacta combustione circa duos dies vsque ad aliam combustionem verbum vnquam vllum literaliter proferebat, & hunc mihi numquam literas didicisse aiebat, hoc quoque Gentil. affirmat, & Arist. 30. probl. cit. sentire videtur, dum inquit Maracus ciuis Siracusanus Poeta etiam præstantior erat, dùm mente alienaretur.

Multi piè philosophantes prædicta omnia, & alia mira non ad ipsum melanconicum motum quomodolibet, sed ad Dæmonis industriam, & deceptionem, qui medicinis fingit cedere, & humoris melanconici in animis impijs falsam opinionem verificet; & quamquam propter quandam similitudinem illum humorem assequitur, eo magis tamen id agit, vt illa sententia mente concipiatur à malanconia: hinc ethimoligiza maniam, ceù à manibus infernalibus.

Sed

Sed perscrutemur an de prædictis miris assignari possit aliqua ratio ab hu more melanconico excepta?

Aristot.ait sapientes omnes esse melanconicos, sed non è contra, & dedit exemplum de effectibus vini,& ebriorum.

Pro quo primo uarie speculatur Auicennistæ, ex Iacob.Forl.3.Tech.q.11. animam omnem intellectiuam cum omni scientia, quam numquam acquirere possit, creari: & una non differre ab alia essentialiter perfectionis. Quare siquæ anima intellectiua perfectius intelligatur, uel operatur alia; id nõ prouenit ratione essentię diuersę, sed quia corporis temperaturam,& dispositionem habet diuersam unde dum infunditur corpori omnium quę sciuerat, obliuiscitur, & scire postea est quoddam reminisci, ut philosopho placuit.

Addunt secundo ex Astrologis, ut Ptolom.part.1.Quatrip.quod in coniunctione animę cũ corpore præest stella una, quę non aliunde impedita influit proprietates, quas in se habet, ac tunc perfectius cum anima est sensibus legatis non solutis; cum tunc quodammodo agat sine forti resistentia.

Concludunt ferè contra libertatem.

Quare cum ui melanconię ligentur sensus, anima ipsa essentialiter docta, mota stellarum influentijs, eo tempore dissoluta à sensibus, ut conditione, prohibente nimirum si diuinetur, si profundissimè disputabitur, melanconia enim describitur ab Arist.7.Ethic.1. ferus atque immanis mos, & inter homines raró, maximè uerò inter barbaras nationes est. Fiunt autem quidam tales, & ob morbos, læsionesque principij, scilicet partis Principis, ubi est mens,& dependent omnes sensus.

Ad id confirmandum adducunt exempla de Adam primo Patre, cui fuit data dispositio per somnum, ut ligatis sensibus reuelationes diuinas meliùs reciperet, ex Sibill.p.D.c.4. unde petens cur per somnium reuelationes potius influuntur, quam per uigiliam. Respondet, quia tunc anima est unita, & ferè dissoluta, neque per uigilias distracta.

Quo circa cum melanconici ferè sensibus priuãtur, ut colligitur ex Arist. cit. imaginationes fortiter eis imprimuntur, ac à superiori influentia excitati, cum sensus sint ligati ita ut dormiantur, nimirum erit, si anima natura sua sapiens, aliquando hoc modo dissoluta ostẽdat suum proprium scire, uel poeticè, uel diuinatoriè, uel grammaticè, uel physicè, &c. plus enim ualet natura doctrinans, quam doctor ipse, & subdunt, quod

Neque ualet illatio antequam fieret melanconia, erat ne anima illa ita sapiens?

Respondent erat, sed non excitata influentia, neque ita præualebat propter multas corporeas sensationes, nam facta melanconia, sensus alligantur,& ita influentia magis influit excitando.

Nec ualet dicere anima illa deberet tunc ostendere suam sapientiã, quando est recenter informata corpori. Nam tunc propter massam illam corpoream humidam retardatur,& pigrescit &c.

Quæ falsa opinio, quia pulchre latè,& acriter reicitur à Iacob.Forl.q.11.3. Techn.& Phil.Fabro disp.1.contra Atheos.

Respondentibus omnibus argumentis, superfluum puta ea hic repetere.

Pueri sunt maleficijs subditi. Vel enim sunt sacra abluti, & sic beati moriuntur.

giuntur. Vel non sunt baptizati; & ita grauius offenditur ab illis strigibus Deus; & Diabolo magis arridetur.

Cur verò striges hanc ætatem petunt?

Quoniam hæc ætas simplex imbecillior ad resistendum extat, incautior ad cauendum, impotens earum conatum deprehendere, reuelare, aut accusare; Tùm quia ex hac ætate componunt vnguentum pro vnctione sagarum, tum etiam, quod ex his puerulorum partibus fabricant instrumenta pro maleficijs.

Sunt etiam dispositi iuuenes, vel puellæ suis parentibus inobedientes, maledicti, ac ab his improbati, Dæminioq; oblati, vt historiam iuuenis Terrecusij obseruo à Patre suo propter inobedientiam Dæmoni sæpè oblato, ac tandem varijs affectibus magicis affectui nunc curare tento.

Petis si bonis, & malis viris nocere potentes sint, sunt ne his magicis morbis subiecti iudices, vel iustitiæ ministri?

Affirmat experientia, nam testem ocularem, & superstitem habeo adm. R. Can. & Thesaurium Basilicæ. D. Paulum Ceppam meum illustr. compad, qui cum in nostro Basil. templo quatuor sagarum Arriani sententiam publicè promulgasset, de harum retractione, pœnitentiaque nocte superueniente ab irato Dæmone verberibus fuit percussus, ita vt aduentante mane è lectulo surgere non potuit, at de totius corporis fractura immobilitate conquerebatur, paucis diebus adhibitis medicis auxilijs conualuit. Addo alium ita affectum clericum, qui vltimi supplicij sententiam notificauit lamiæ Montishercul ei stimmata simulantus. Auctor etiam Formicar. lib. vltimo narrat historiã de Iudice Petro cum satellitibus maleficiato. Sprenger etiam de carnefice solo anhelitu strigis lepra infecto, tamen par. 2. q. 1. sibi contradicit excipiés tria hominum genera tuta à maleficijs, vt publici iustitiæ ministri. Secundo, qui muniunt se ritibus Ecclesiæ, scilicet aqua benedicta, cereis bened. palmis, sale, exorcizato &c. tertij qui per sanctos Angelos beneficiantur, Sed ex aliæ parte videntur minimè Iudices, & Iustitiæ ministri maleficijs esse subditi cũ repræsentent officium diuinæ Iustitiæ non permittentis. Ananias verò de natura Dæmon. restringit hoc priuilegium habere illos Iudices iustos, nõ quos auaritia excæcat, quos trahit ambitio, quos crudelitas, vel vendictæ amor angit, qui curiositate adducti perperam multa designant. Addit Martinus, quod ipsemet Dæmones vilissima hæc sua mancipia ignibus tradi non modo non molestè ferant; sed frequenter etiam Iudicibus quasi in manum tradunt.

Cur igitur Iudici noceat, qui reum damnari, & occidi optauit? Habet verò nullus peculiare priuileg.um, non offendi, à Deo, cum ignoratur. Sed ne videretur plus posse diabolus in suis ministris strigibus, quam Deus in suis, qui sunt Iudices; ideo sæpè non permittit. Stent ergo Iudices iusto animo, ac sic paruifacient eorum maleficia, visus, tactus, verbaque superstitiosa, tamquam eis innoxia.

Ac mirari non desino cur Spreng. grauissimus vir in part. 3. mall. q. 15. moneat Iudices ne patiantur se maleficis tangi super nudam iuncturã manuum, & bracchiorum: quid? ob timorem veneni inficientis? & cæteræ partes nostri corporis delicatiores non subduntur illi? fassæ sunt duæ lamiæ interrogatæ, cur è carceribus fugam non arripiunt? an sic occlusæ valeant aliquod maleficium peragere?

Re-

Respondere primo, quia Dæmon ianuas non aperit, ac neque recordantur alias euasisse: cur verò, nescire, quamquam sint aliqua exempla.

Secundo maleficia posse fabricari etiam carceribus contra inimicos suos, & nocere aliquando, vt acceperunt ab antiquis harum professionum, at non semper concessum est à magistris suis. Est ne disposita ad capessenda maleficia ipsamet malefica?

Affirmant exempla plerumque vi magorum inter ipsosmet pugnantium propter inuidiam Dæmonibus arte excitatam. Spreng. vt alios taceam, par. 2. q. 2. adducit exemplum de vetula maleficio necante Iuuenculam maleficam; Potest enim maga cum Dæmone maioris hirarchiæ fæderata nocere fæderatæ magæ inferioris ordinis diaboli, & libenter agunt propter animam lucrũ, tum pro superbia. Deus enim sinit eos agere iuxta legem ordinariam quando ipse vult. vnde hic magus non est virtute sua potentior altero; sed vi infera habitantis.

CAP. VIII. *De Signis Magicorum Morborum, seù Affectuum atque Obsessorum.*

CVrationem assequi posse sine morborum perfecta cognitione, nulli hyppocratica doctrina induto dubium est. hinc scribitur 1. acut. 3. nam in primis quisnam sit morbus dignoscere oportet deinde curationem ipsius ita aggredi, & 2. met. 6. qui omnem morborum numerum methodo non inuenerit, hũc maximè in ipsis medendi methodi foris lapsurum, & 1. de san. T. 1. & lib. de parti med. 7. explanatur impossibile esse affectum præter naturam latentem curare, nisi & euidentibus signis, quæ scilicet sensui obijciuntur, in eius cognitionem prius deueniamus.

Signum fuit in lib. defin. med. definitũ, quod est id quo cognito aliud quod ignotum nobis erat deprehenditur. hinc medicina practica dicitur ars coniecturalis, cum indigeat signis ad occultarum affectionum, seu internorum morborum cognitionem. Quare maiorum signorum diligentia in magicis morbis cognitu difficillimis indigemus; cum speculandum sit de malo tegendo á callido Dæmone homini inimico illato.

Tùm quia cum reperiantur morbi medici signa communia cum magicis affectibus habentes, vt legere est apud Hypp. de morb. mul. & virgin. in histericis affectionibus in epilepticis, apoplepticis, tetanis, alijsque conuulsionibus phreneticis, maniacis, stultitiæ, melanconijs, vel per essentiam, vel per consensum ex hippocundrijs, alijsque morbis; idcircò difficillima redditur obseruatio signorum.

Prius animaduertes velim perpetuò, non quia aliquid ex dicendis signis in aliquo ægroto reperies, physicis non perscrutatis sine rectorum medicorum consilio gratis decrerare debes morbum illum esse magicum. ex malo enim decreto falsa fit in ægris morborum impressio, suspiciones, scandala, grauiaq; peccata exoriuntur: & sæpè sæpius ignarus ille affirmans erit tantorum malorum causa: magicis occurrentibus postea, fides interdicitur.

Et quoniam signa sunt in multiplici differentia, vt quædam salubria, insalubria, & neutra, & quædam dignostica, agnostica, & commemoratiua, &

quæ-

quædam antecedentia, assidentia, & pategnomonica. At omnia signa sumuntur à causis prægressis, à morbo producto, & ab ijs, quæ necessarió morbum subsequuntur, vt actiones læsæ, excreta, & retenta, qualitatesque mutatæ, & hęc tria sectabimur. Nec mirari non possum aliquos Scriptores nobilissimã, ac vtilissimam de signis materiam sicco pede pertransisse.

A causis igitur prægressis habentur signa de morbo magico, vt si forsan lis, vel rixa mota fuit cum suspecta venefica: si ea minata esset de morbo inferendo, vt ira obcæcatæ solent vetulę.

Maleficium verò per interius comprehendi potest, si quid ab aliquo manducatum, vel potatum sit oblatum, vel donatum, vel paratum ab aliqua; si in edendo animaduertisset de aliquo, vel puluere, vel liquore misto, si inter edendum aliquis timor per ossa cucurrisset, vel gustu mali aliquid saporis, vel nimis dulcis, vel sthomacosi, aut aliquid aliud obseruatum esset si in somnis aliqua velut vmbra obumbrasset, si niger canis, vel coruus, vel felis, vel bufo per os, vel nares visa essent, ceù ingredi, & terrorem inferre: si per intestina, per ventrem, per artus tunc sensissent flatus, vel spiritus, aut sicuti serpentes vagantes, doloremque inferentes, historias recitat Fernel. 2. de abd. caus. 16.

Externè verò, & difficilioris coniecturæ à prægressis, vt si super egrediens aliquem locum sensus obtusos, vel citó ceu à fulgore ossa, & nerui fracta percepisset, vel mæstus fiat, ac paueat.

A morbo producto accipiuntur multa signa, vt videantur symptomata, & res præter communem naturæ ordinem sine causa manifesta, ceu si non correspondeant morbi essentię, pro quibus sapientes, & medici ipsi in praxi periti ad affectus cognitionem hęsitent: tùm adhibitis plerisque ritè remedijs non solum affectus ille minuatur, profligaturque: at magis exacerbatur in diesq; augetur, hic applicari potest sententia Gal. 1. epid. 3. T. 1. malignus morbus est cum omnibus diligenter administratis nihilo minor fit. Tùm obseruantur sine aliquando humorum signo atrocissimæ affectiones cum sęuissimis doloribus nullas seruantes certas periodos, vel saltem inconstantes, & deteriores potius in diebus decretorijs, & id fit vt à nobis credatur morbum esse ordinàrie malignum, cum Gal. 1. epid. 1. T. 25. scripserit proprium malignorum morborum est deteriores fieri in diebus decretorijs.

Aliqui suspirijs luctuosis cum tremore, mærore sine causa corripiuntur. Alij cibos reuouunt, appetitusque deicitur, ventriculumque habentes ponderosum, etiam post medicas euacuationes. Alij habent os adstrictum, vt deglutire minimè queant, & sensiunt ceu ranas, vermes, formicas, aut serpentes in sthomaco. Alij per osophagum rem quandam ascendere, & descendere obseruauimus medicis judicantibus esse flatum crassum. Aliqui punctionibus in cordis regione cruciantur, ita vt laniari asserunt, circa collum aliquando, & arteriæ, & circa frontem, & supercilia pulsare deprehenduntur: vt cernimus in vxore. M. Archangeli nunc sanitati restituta. Alij renum dolore, tunc acerbissimis inferioris ventris torsionibus affliguntur. Aliqui circa articulos spiritus quosdam sensiunt, & sæpè flatum quendam permeantem per ventrem, vel frigidissimum, vel igneum infestantem percipiunt. Aliqui particulas corporis, vel fractas, vel nexibus ligatas habere videntur. Alij sudoribus fætidis, & sine tollerantia circa noctem etiam frigidissimam leuiter, & particula-

cularitér scaturiunt. Paulus Grill. hæc enarrata enarrauit lib. 2. q. 6. ad 10. & nos de mag. morb. diuis.

Solet verò vt plurimum obseruari corporis emaciatio cum virium imbecillitate, & languore, mentisque alienatione, ac stupiditate, vt longitudine affectionum ægri cruciati facilius desperentur. Tum deliria melanconica, memoriæ deperditio, diuersæ insaniæ, vt exempla extant apud Amatum, Forestum, Fernel. Guayner, Eugenium, & antiquius apud Auic. lib. 3. F. 1. T. 4. 36. vbi de Dæmonio, & melanc. nat.

Adde motus conuulsiuos varios; oculi inspici solent, vel pupilla adstricti, vel trasparentes, varijsque coloribus aliquando tincti, vel videntes nebeculam aliaque spectra; & inter motus conuulsiuos dictos apoplexia, epilepsia, oris tortura.

Febres quas obseruari visum est nullam habent determinatam speciem, ac à medicis eorum motus admirationem adducunt, cutis vt plurimum in his fit icteritia, & maculata.

Alijs veneris impotentia sine causa manifesta, vel præcedens nota contingit, vt vidi in tribus iuuenibus robustis, ac sagacibus; vnus per duos menses, alter per 15. dies, & tertius per annum maleficiati fuerunt. Tum isti vt notauit Augenius cap. 5. lib. 10. epist. cum coire volunt, vel virga non erigitur, vel erecta semen emittere non potest quamuis titillata, & sæpè maleficiati nudi cum nudis nulla præcedente fadicatione toti in sudorem prorumpunt.

Alij valdè odio prosecuti sunt vxores, & è contra; ita vt longè præsensiebant eorum aduentum, & gressus, vt exemplum infra.

Multi amore vruntur vt amentes, non amantes apparent, ordinarium amoris ordinem excedentem, diù durantem, nam si Plautus sic depinxit amantem.

Iactor, crucior, agitor, stimulor, vertor, in amoris rota miser.
Exanimor, feror, differor, distrahor, diripior, ita nullam mentem animi habeo.
Vbi sum, ibi non sum, vbi non sum ibi est animus.

quam maiora symptomata ardentiori igne potest excitare igneus Tartari habitator?

Dentes aliæ adeò claudunt, vt nulla vi humana possint aperiri, præsertim cum medicamenta contra maleficia offeruntur, vt nobis sæpissimè euenit; & Moniales Celentiæ ita adstringebant dentes, vt exorcismis non iuuantibus cogebamur ad S. Bartholomei sepulchrum conducere, cuius precibus, & meritis citò obediebant.

Aliæ semetipsas percutiunt verberis, calcisque mori appetentes, sæpè somnolentia corripiuntur, & si interrogatæ, vel iracundè respondent, vel gratis, aliquando immitari delectantur animalium voces, & sonus, & cantus. Sunt aliquæ semper canere cupientes, cantuque respondentes, & in cachinnum dissoluentes.

A Dæmonis existentiâ obsidente, vel producente magicum morbum sunt signa ferè infallibilia, cum Ecclesiam adire recusant, aqua lustrali nolunt se muniri, imò cum asperguntur horrent, conuelluntur, faciem sacerdotis, vel

pij,

pij viri, nolunt intueri; ac cum opponitur in sacrificio Missæ hostia sacra, vel imponitur agnus cereus benedictus, vel aliqua reliquia SS. vel carta benedicta cum nominibus Dei; vel aliquod simplex herbarum, vt ruta, hypericus, iringus, herba paris, vel compositum nostrum benedictum, vel argentum viuum, aliudque sacrum; cruciantur: stare loco nesciunt; aut oculorum album mutatur varijs modis, vel graue pondus vel ignem, vel gelu, vel formicare, aut obdormescere partem persentiunt, aut tremunt; eosdem ferè effectus causat manus sacra sacerdotis cor, vel caput superposita, vel benedictio, aut applicatio vnguenti, vel olei cōtra hos morbos; recusant etiam dicere psalmum Miserere mei, &c. Qui habitat, &c. aut Euangel. S. Ioan. in Principio, &c. sunt aliqui exorcismi, qui dum leguntur obsessi conturbantur, guttur, vel venter inflatur, cor constringitur, ac palpitat, & quando dæmon est in aliqua parte sentitur sicut piscis, vel formica, & cætera quam plura possunt causare signa. Potissimum verò est quando illitteratæ personæ idiotæ loquuntur congruenter, vel latinè, vel græcè, vel alia lingua, quam numquam didicerint.

Sammarinus 1. par. sacerdot. cap. 3. addit his dictis, quod si quis non potest continuare esum carnis hædinæ per triginta dies talis iudicatur dæmoniacus at ridiculum est, nam hoc signum valet ad detegendam epilepsicam affectionem, non alios morbos magicos ex Martino, sed dicta in epilogum reducamus ad septem signa. Primum cum remedia ritè propinata non iuuant ex interna malitia dæmonis. Secundum cum appareant symptomata improportionata, & extrema, cum diabolus aufugiat mediocritatem. Tertium cum odio habentur verba sacra, & sacratæ res. Quartum dum extra ordinarium vsum delirent, freneticent, tum quiescent indicantes in persona tertia loqui. Quintum quando vtuntur varijs loquelis, nec regioni, consuetudini, nec professioni maleficiati correspondentibus. Sextum dum vaticinantur de incognitis rebus, ac de rebus longè factis sine sensu visus pronosticantur; secretaque manifestantes. Septimum cum de repentè corripiuntur morbo, vel sympthomate aliquo, vt animi defectu, seù lipothymia, syncope, cordis palpitatione, tremore, epylepsia, casuque alio; ac breuiter simplici, piaque oratione sanantur.

Nam hæc reduci non possunt ad medicos morbos cum omnis scientia, ars omnis suam habeat proportionem, suumque ordinem, suasque regulas sicuti etiam obseruatur in magistra natura semper suo vnico modo operante. Quare si fortè inspiceremus terram se se mouere, Solem, Lunamque obfirmari à cursu, non ne confiteri cogeremur ea minime naturalia esse, sed miraculosa? Parimodo dicendum cum obseruantur signa dicta, quæ reduci non possunt ad causas medicas, scilicet ad humorem melancolicum, aut ad retentas aliquas euacuationes, venenumque aliquod, vel extra, vel intra corpus genitum, corruptumque semen, vel mestruum, ex quibus sympthomata, ac phrenetici effectus, non diù durantes indifferenter irruunt in omnes, & non potius in sacerdotem piumque virum, ac sacra: vt passim obseruatur.

Et veluti dicta iam causare posse sæua sympthomata non negandum, ita sæuiora posse excitare malorum Auctorem, vt superiorem, & separatam substantiam est affirmandum, qui vt vacillent homines, vt eius nequitiæ non pateſiant, confundit signa sua cum naturalibus.

Neque velim credas pro morbo magico omnia dicta signa esse obseruanda, sed sufficiunt ex enarratis aliqua essentialia, pro vt species maleficij toto, vel alicui membro noxam affert.

Difficillima censentur signa quando dæmon maleficio immissus immiscet se alicui substantiæ immundæ aliunde in corpus ægri intromissæ, vel ex eius proprijs humoribus genitæ.

CAP. IX. *De generis Dæmonum cognitione.*

QVoniam genus, & ordines Dæmonum morbos, vel vexationes causantium multum conducit agnoscere, ad hoc vt vel subiecti, scilicet humoris prædominantis nobis cognitio patefiet (elementis enim humores correspondent vbi isti residere solent) vel ordines, vt cogitando de eorum sede dominata ab aliquo sancto, vel à possidentium Angelorum choro exoremus auxilium, idcircò ne sæpè repetam, quod alibi scripsi, oculatus accipiat coniecturam ab huius operis præludio cap. vltimo, & lib. vltimo, capite vltimo.

CAP. X. *De signis recuperatæ sanitatis.*

SOlent reduci ad hæc. Vt quando est coactus dæmon post exitum ab exorcista inditium illud assignatum manifestet, sicut lumina extinguere, nolas sonare, rumpere vitra, &c. exemplo Marci, cap. 5. Secundo egreditur malignus spiritus ex ore, narice, aure, ano, præpusij, orificio, ad similitudinem flammæ, vel frigidissimorum ventorum, aut animalium, vt ranarùm, serpentium, scorpionum, &c. ex Apoc. cap. 16. vidi de ore Draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetę spiritus tres immundos exire in modum ranarum. Tertio vel exiliunt statim, aut gradatim euanescunt pro vt fides patientis adiuuat, aut curantis gratia aspirat, ex Cypriano T. 4. de Van. Idol. 4. aliquando per intestina descendunt veluti pilæ vsque ad extra anum. Quinto cum vomitu deiçiunt tum pessimos, ac discolores humores, tum capillos, ossa, clauos, spinas, &c. maiora, vt obseruatur. Sexto relinquunt languentes lãguidos, exanimos, & ceu mortuos ex Mar. 9. solet obseruari ante exitum violentius, & fortius vexatum, sacerdotes, domus perturbare. Sed hæc signa in dęmonibus tamquam callidis, falsitatis auctoribus, professoribusque perpetuò vera esse nequeunt: dicuntur tamen verioris obseruationis, ac addunt si magicis correpti morbis functiones omnes naturales exerceant, si exonorati tamquam à sarcena relinquuntur, ac cum quadam lætitia, si petunt res sacras adire, delectanturque precibus, concionibus, pijsque discursis, & historijs, mentes suas semper ad Deum, pronosticum certum volunt recuperatæ sanitę.

CAP. XI. *De Magicorum morborum, seu Affectuum præsagio.*

IN præsagiendo mihi videor videre medicum Iudicis officiũ gerere, qui sententiam iustã proferre nequit, ni prius Actoris, & Rei pensitauerit ra-

tiones. Vtitur enim medicus eo Iudicis officio, quod præcipuè versatur in arte gymnastica, vt dum præliantes, vel luctantes inspexerit alterum altero viribus, vel huiusmodi arte maiorem victoriam reportaturum iudicans; ideo Gal. in lib. de const. A. M. c. bello significauit, inquiens, Medicus quippè his duobus; morbo inquam, & naturæ colluctantibus animum semper intendit, atque dum discernit quodnam horum robustius sit; primum quidem secum de salute hominis, aut interitu præsagium depromit; deinde vero quo alterum altero fortius esse nouit, cum & illius præfinitum tẽpus agnoscit. Quocirca Medicus totam suam præsagitionem collocare debet in oculatissimè cogitando, obseruando luctam inter naturam cum suis facultatibus, & morbum cum suis symptomatibus, veluti ad expugnandam aliquam ciuitatem (quæ dicitur nostri corporis fabrica) Ducibus, & militibus munitam, ab aliquo Duce, vel Ducibus, scilicet morbis, & symptomatibus. Hanc picturam depictam perlegere potes in tabula Gal. 6. epid. c. 5. T. 2.

Ac ceu in luctantibus sæpè sæpius fit fallare prognosticum de victoria parta, non tam obluctatoris robur, quam pro incogitatæ artis athleticæ malitia, ita aliquando euenire in morbis palimpolis, simulantibus initio, aut augumento abesse robur, cum postea improuisè colligantur sese ad ruinam; vel vtrumque simul fingentes incogitatam victoriam reportant. Quæ cum minimè ritè etiam ab oculatissimo viro obseruari possunt, cum omnis homo mendax, iudiciaque Dei imperscrutabilia ideo sæpè oriuntur in medica praxi mendacia.

Quare cum plura falsa obseruantur in medicina; quantò falsiora & magis irrita pronostica fieri putas in dæmoniacis morbis? non solum quia transcendunt ordinem naturæ, at quoniã fruitur suo modo falsi auctor, vt aberremus. Vidi ego morbo magico monialem correptam, cui pharmacum ante dæmoniacum propinaui, sine vitalis viris in pulsibus vestigijs, gelidis, liuidisque corporis extremis, spiramine crebro, vt assistentibus peritis Medicis eam iam morituram pronunciatum fuit; cum deinde appensis super eam sacris quibusdam Amuletis pioque nostro exorcista oratis verbis lustrali aqua aspersa, virtus occultata apparuit, & cum naturali spiratu calor natiuus reuocatur. Quid pronostici profers in fortibus apopleticis magicis paulo post tempore veræ sanitati restitutis? cum soluere apoplexiam fortem impossibile. Quid in febribus nullum periodum seruantibus malignisque? Quid in cęteris miris alijs, quos breuitate omitto?

Ex S. Thom. & S. Bonauen. in 4. dist. 34. pronosticatur, morbos magicos esse incurabiles. ex eo quia morbi isti cum sint à dæmone, à Medico directè curari nequeunt cum remedium non sit ei notum. Vel si daretur nota aliqua curatio, esset ab ipsismet maleficis. Sed hæc est prohibita, & illicita Christiano, neque ex more dęmonum confidendum, nam ait Hider. in Form. c. 6. quia eorumdem inuocatione posteriora nonnumquam peiora prioribus fiunt, vt in exemplo deducit S. Gregor. 1. Dialog.

Vel datur ab Ecclesia exorcismis, & isti tantum cum sint instituti principaliter contra vexationes infestationes dæmonum, nec valent ad reprimendum dæmones semper, quo ad omnes molestias corporales, hoc Dei iudicio exigente; ideo morbi magici sunt difficillimi, & grauissimi ad suscipiendam

curationem; præsertim cum sint causati, vel ab applicatione rerum veneno-sarum, vel à potestate diaboli excitatis iam malis, sine deinde actuali sua existentia (ideoque semper vtimur alexipharmacis, ac antedæmoniacis medicamentis.)

Obsessi vero facilius curantur exorcismis ieiunio, & oratione, exorantibus sanctis illis quibus datum fuit in vita diabolos expellere, ac qui super cœlestes sedes talium inferorum vexantium regnant.

His etiam facilè eiciuntur maligni spiritus ignobiliores, aerei, igneique quam aquei, & terrestres, nec non nobilioris ordinis facilius in subiecto sanguineo biliosoque, nec ita criminis maculato; quam in flemmatico, melancolico peccatis imbuto.

De morbo magico item pronosticandum, quod quando non patefiunt, vel applicatis remedijs ritè adhibitis non sanantur esse insanabiles, ita permittente Deo, ex Nider. è contra cum nostris rimedijs minorari: cedi, patefieri videas, tum malefica instrumenta euomi, vel deici, aut externa inuenta sint; & adusta, languores, doloresque cessarunt. De salute est pronunciandum.

Quod si in acutis non dantur certæ pronosticationes ad salutem; Veriori argumento dicendum in magicis ex dæmonum confusione, inuidiaue non posse aliquid certi à Medico pronosticari. At si discurrere velimus, quod inferi cum sint superioris ordinis naturæ nostræ victores potius, quam victos in bello coniecturandum fore à vero non multum aberraremus.

Gratia tamen diuina, ac vi diui influxus hominibus robura ministrantur, vt resistendo, patiendoque vincant, ideoque fidei spe desperandum non est, sed sicuti morbis cacoethicis remediorum vi non adimitur spes salutis; eo magis virtute nostræ viuæ fidei Robore D.N.I. Christi Passionis, qui defectibus perfectionem morbis omnibus curationem, tum inferorum confusione, superbiæ pœnitentiaque naturalibus quibusdam medicamentis subiecit, exorcisticis, medicisque, nunc dicendis medicis fore recuperandam sanitatem confidendum est.



LIBER

LIBER SECVNDVS

PETRI PIPERNI PROTHOMEDICI Beneuentani.

De Magicorum Morborum Curatione.



APPARENT rari nantes in gurgite vasto, equidem ita rari, vt nullum huc vsque scriptorem inueni, qui huiusmodi magicorum morborum curationem tali methodo medica diuiserit docueritque. Nos igitur vt communi vtilitati morem geramus breui facilique ordine, vtiliora, ac curiosiora tùm à nobis scripta, & obseruata elegemus.

Et quoniam omnis recta curatio ox pręsentia indicationis sumitur, sicuti præseruatio ex causis, quod 12. met. 1. Gal. reliquit dicens: mostratum enim est ex morbis ipsis curationis indicationem pręsentari, velut ex causis ipsis prouidentiam. hinc 1. acut. t. 3. replicat intellige autem in præsentiarum curationem sublationem morbi, non eam quidem quę adhuc fit, sed quę iam facta sit. Præsens indicatio horum morborum curationis sumitur ex materia, & idea morbi per contraria si volumus methodo vti, 6. met. quare cum non sanemus morbum in communi, sed vt ait Gal. 2. met. 6. totidem sunt morborum redendi rationes quot sunt ideæ morborum, idcirco supposita morbi idea, quod consistat in lædendo occultis nobis rebus, quibus etsi noxa inducitur vel propria vi, vel virtute dæmonum, vel naturalibus applicatis, semper tamen nobis incognita existant, insurgit indicatio auferendi talem læsionem ex vi occulta remedijs, quę cum reducantur ad tria, vt puta ad superstitiosa, ad diuina, & ad naturalia seorsim de his agemus.

CAP. I. *De remedijs superstitiosis cognoscendis, & euitandis.*

QVam vana sint remedia, quæ à veneficis superstitiosisque mulierculis affectantur, eorum nominum significatio, ac definitio demonstrat, num quid veneficium sonat, quam veneno inficiens? quid maleficium quam maleficiens? quid superstitio, quam superflua obseruatio? quæ describitur quod sit vera religio falsi cultus.

Attamen adeò pullularunt fidesque adhibetur, vt in omnibus ferè morbis primatum obtinent, curationisque termini gloriam potentia, nec solum à vetulis cordi habentur, sed plerique docti à vera doctrina declinantes hunc curandi modum amplexi sunt: persuadentes his quasi omnes corporis affectiones debellari, vt Dardanus exercebat, hinc cantus,

At si

At si nulla valet medicina repellere morbum, Dardaniæ veniant artes.

Non vt commendat aspera medicorum schola, scilicet non horrida medicina, non fadicante extenuanteque dieta, non dolorem inferēte phlebotomia, non vrente igne, nec vulnerante ferro, vt dulcibus medicaminibus, cęterisque compositis. verbis placidis, caracteribus innoxijs syderumque horarum, motum, ac locorum obseruatione.

Posse vero medicos quoque morbos curare maleficos suadet ratio, medicus enim doctissimus est dæmon, at hostis, cui omnis corporea moles subicitur, quid mirum si omnia morborum genera vi pacti illius annuentibus sanet?

Licere iniquè probarunt aliqui. Alex. Trall. lib. 9. c. 7. docuit quod honestum sit morbum vincere, & omni machina ægris succurrere, vt homo conseruetur. Theophrastus Parac. acutissimè philosophans à vera deuiauit philosophia, dum probare nititur morbos maleficos, & quoscumque difficilius curatu magico, & superstitioso opere curare medicis licere, vt probat lib. de morb. cad. & lib. de vita longa 216. subdit non prætereundi morbi qui proueniunt ex mentibus, & æstimatione propria ex imaginationibus alterius, ex incantatione ex superstitione, & similibus, lib. vero de hyperphis. morb. medicum docet curare morbos occultos, nempe vt fabricet imaginem ceream similem ęgro in suo nomine forti imaginatione, deinde magicis precantiunculis, quæ non scribo, partem in qua est læsio adsumat, & comburat, vel si est in toto totum illud comburat medicus, & liberabit ægrum, lib. vero de longa vita ad dissoluenda maleficia fieri iubet imaginem similem suspecti malefici, & comburat. Et extant apud ipsum duo Hexagoni (quos citat Mart.) vnum inscriptum Adonai, alteri Iehoua, vel Tetragrammaton, quibus certo modo præbitis omnem magicum morbum pelli iactat, imò lib. de morbo cad. impiè contendit nil referre an Deus, vel Angelus, vel diabolus, mundus spiritus, vel immundus ægro opem ferat modo curetur æger, abutiturque testimonio illo Sacræ Script. salutem ex inimicis nostris.

Et de hyperphis repetit qua ratione, & quo modo morbis magico artificio inflictis succurrendum sit, scitu est necessarium omnibus medicis, qui perfecti cupiunt esse.

De tali autem curatione, nec Auicenna, nec Galenus scripserunt, aut sciuerunt quicquam. Non enim in Academijs omnis dicitur ars, ideò oportet medicum, quandoque accedere ad oppugnātes vetulas, sagas zigenopes, rusticos, & circumforaneos die Zambrecher, & ex ipsis artem ipsum addiscere qui plus sciunt de istis rebus, quam omnes Academiæ professores, & quamquam hæc rideant Academiæ professores tu vtere illis in forti imaginatione, & experieris effectum.

Sed contra si imaginatio operatur, non ne præstat eam adhibere remedijs sumptis, quæ vel ars medicorum, vel vsus Ecclesiæ approbauit?

Non sanæ mentis respondet si quispiam præter naturali morbo, vel dolore per incantationem detineatur, illi nullum naturale remedium proderit, sed magicum remedium esse oportet, quo morbus tollatur, quali introductus est.

Hoc infert, quia homo impius Ecclesiæ, scilicet remedia supernaturalia

repu-

repudiabat, quæ nos vt catholici recipimus; non quia nihil prosint physica (iuuare probabimus infra) ideo ad dæmoniaca confugere debemus?

Alij ad maleficos morbos extirpandos obseruant galli cantus, eoque tempore medicamenta propinant: ferunt enim quia dæmones, striges fugantur cantum illum audiendo, destrui etiam maleficia.

Sed cur an quia mysteria magna Tartarei memorant, vt puta Dominicam Resurrectionem, Petri pœnitentias, vel futuras populorum preces, vel quia lucem odit, & fugit cum

Lumina nocte canit prædicens impiger Ales.

Aliqui pro certo tenent siquid precario, vel furto de maleficij domu acceperis veneficium cessaturum, quod impium, & falsum est.

Adducunt aliam superstitionem veneficium sanari liquefacto plumbo, verbis quibusdam, vt de mercatore scripsit Codronc. lib. 2. 2.

Vtebatur antiquitas ad magicas artes destruendas lotio humano, vt Pascasius Syracusanus credidit de Virgine S. Lucia, & B. Althelmus in martyrio S. Chrysanti memorat, sed milites magicis putantes præstigijs gestum potentissimis illum perfundunt lotij odoribus, quibus cuncta arbitrantur Chaldeorum, & Hierophantorum phantasmata, simulque Ariolorum magarum machinas euanescere. miseri scilicet his perterreatur, & fugetur, quem non pudet pigetque in fætore cadauerum, aliorumque excramentorum, & libidinum stercoribus volutari?

Huius superstitionis sunt multa loca Plinij, vt lib. 20. cap. 19. maleficia ambigi tactis postibus sanguine mestruo, lapideque amianto, & idem lib. 30. de felle canis nigræ, & 28. c. 8. de sanguine hyenæ, vel atri canis, tum de mandragore, & baaras effussione, & de innumeris alijs in lib. 6. q. 1. de exemplis superstitiosarum curat. apud Martin.

Quæ etsi videantur naturali virtute prædita sunt superstitionem scatentia.

Neque valdè mireris, quod cur plerique medici philosophi curiositate, non ratione inducti his remedijs vsi sunt, & iactantur, vt Trallian. Aetius, Celius Aurel. Priscian. fere totius libri capite Marcelli, Cardanus, Mesues, Arnaldus, Sauanarola; Nicol. Florent. alijque.

Forsan vt multa, scire existimentur? aut vt omnibus morem gererent?

Superstitio est; vt eorum, qui putabant contra sterelitatis maleficium, vel odij inter coniuges prodesse, si quis nidum auium inueniens caperet matrem ipsam cum pullis.

Arnald. de remedijs contra mal. 226. posuit multas superstitiones. Si fiat maleficium contra sponsum, & sponsam virgines, vt sponsus sponsam carnaliter cognoscere non possit, suscipe vnam parapsidem, vel vnam taceam in cuius medio scribas in quatuor certis lateribus verba quædam, & in circuitu taceæ interius scribas Euangelium, tum scribere in certis lateribus Tetragrammaton, &c.

Tum dare hostiam non consacratam, vel amigdalas ter sectas, terq; scriptas, vt Christus natus, &c. vel in principio erat Verbum, &c. quæ etsi sint nomina Dei melius est corde teneri, quam ore digeri, vt multa solent offerri in febribus tertianis, quartanis, &c.

In morbo icterico sanando vidi, ac increpaui uetularum abusus, iubebant,

vt æger transiret quibusdam verbis,& retransiret ter in orbiculo salicis more catulorum nebulonum, & similia.

Alter modus Beñti notior, at nunc non ita frequentatus in curanda quartana,vel quotidiana,vel tertiana,opus erat, vt febre tali affectus ab vna vrbis porta exiret, retro minimè respiciens, & cætera ad portam calcariæ nuper ab Illustrissimo Episcopo Grauin. Archasio Riccio decoratam.

Et in sanando panaricio morbo arquato,benis scirro,spinamque aliquam euellendo dæmoniacè etiam obseruant, volunt vt sambucus aurora sole nascente salutetur &.alijsque impijs verbis,alia vana operando.

Vtuntur communium etiam in morborum curatione falsæ imbuti religione verbis,vel scriptis,vel prolatis.

In sistendo enim sanguinem imperant,sangue stà in te come Christo,&c.

Item locum ex quo defluit digito medicinali tanges, & sæpius repetendo dices, socnon &c.

Addit Marcellus multa vana, vt ad aurem eiusdem partis de qua per narem sanguis fluit dici oportet ter nouies σοκσοκαμ, &c. item scribes in charta virgine &c. ΨΑΨΕΨΝ &c. pergit vltimo radicem cannabis brachio dextro ligato, si totum brachium cinxeris de ipsa radice,melius erit, sin vero partem habueris, collo suspende, &c. quamuis fortasse hoc tribui posset occultæ virtuti naturalis radicis herbæ, at in profluuio muliebri addidit superstitionem dum ait stupidus in monte ibat, stupidus stupuit, &c. ac de illa si cycuma cucuma &c.

Et erat vir quidam hispanus,qui sola nominis, & cognominis inscriptione patientis sanitatem affirmabat verborum quorundam mistione.

Vtebatur alter sacrorum verborum benedictionibus, & imperio quem monitum cum fecerim de peccato mortali, vt pius ab incæpto desistitit, imperare enim & benedicere proprium est sacerdotis.

Neque mihi arridet modus extrahendi fœtum; vel facilem partum reddendi descriptus in Mesue in cap. proprio in vno cipho de vitro scribatur exterius psalmus Miserere mei,vsque ad versum &c. & detur ad potandum ei tota &c. item in aure dextra ipsius dicantur hæc verba Memor esto &c. & subdit, mea sententia vanius, scribatur Dixit Dominus Domino meo, vsque ad tecum in principium inclusiuè in charta &c. cætera omitto, suspendatur ad collum parturientis &c.

Vt tibi legenti ridendi antiquorum vanitates præponam, adduco quod scripsit Marcel. cap. 21. relinquendo aliqua tamquam profanissima, & quæ initiat, Ad corcum carmen in lamella stagnea scribes,pergit. Item aliud carmen corce corcedo &c. pastores te inuenerunt,sine manibus collegerunt, &c. Tres virgines in medio mari mensam marmoream &c. sic numquam sciat illa &c.

Ad vuluæ dolorem non sine cachinno leguntur superstitiosæ curationes duæ

Ad facium omnes affectus per multas etiam decantat obseruationes vanas inter quas cum in anginosa affectione medicus vna vteretur hanc repugnare sacris iuribus conuinci noluit ita describitur non credendum.

Remedium valdè certũ, & vtile fauciũ doloribus sic scribas in charta hæc

quam

Εἶδον τριμερῆ χρύσεον τοάναδον, & reliqua

Quam chartam in phæniceo obuolutam lino conligabis colloque suspendes, meminerisque vt mundus hæc facias.

Eodem ordine extant multa vana nullique rationi innixa ad fauces siquid inhæserit?

In arcendis anginosis, & pleusiticis morbis sunt vulgò magnæ æstimationis quidam qui super locum affectum murmurant verba vt dicunt esse orationes S. Leuci, vel S. Blasij signis crucis benedicendo, & de Ananisapta contra pestem, ex Malleol. 110.

Suntque multi, & Hispani, & Itali iactantes petijs benedictis; vel aqua huiusmodi vulnera sanare etiam periculosa: & quia hunc modum minimè superstitiosum esse contendunt, ideo adducam scripta à Del Rio lib. 3. q. 4. 5. 7. vt res clarior ostendatur.

Huc referendæ sunt innumeræ orationum formæ quibus vulgo vulnera sanantur, vel morbi curantur, vel infortunia arcentur, quale illud de quo Burchard. ibid. v. collegisti. collegisti herbas medicinales cum alijs incantationibus cum symbolo, &c. Est & alia in vsu inter Hispanos milites qua quidem salutatores, vt ferunt sanctè viuentes, & omnes gratis curantes cum sola impositione linteorum, & certorum recitatione verborum vtuntur formula, fuit Hispanica, sed reddam latinè ex Del Rio cit. supra. Per Christum, & cum Christo, &c.

De hac formula mota fuit Ipris anno superiore quæstio, maximè quia nullum naturale medicamentum accedebat. Reuerendissimus Episcopus Iprensis Simonius, & Consiliarij eius totam curationem hanc iudicarunt superstitiosam, & illicitam, & prohibuere ne quis ea vteretur. Multis hæc damnatio dura visa.

Sed immeritò, nam hic effectus expectatur à Deo per modum miraculi, sed miracula sic assiduè & quasi ex consuetudine poscere est Deum tentare. Deinde Sancti viri ad miracula edenda non sunt usi certis, & quasi conceptis uerborum formulis, sed modo sic modo aliter prout Spiritus sanctus suggerebat. Tum qui donum sanationum à Deo accèperunt illi, numquam accipiunt cum conditione, ut talibus, uel talibus utantur uerbis; sed tales commentitiæ formulæ sunt indicia pacti saltem latentis.

Nec licet priuatis comminisci formulas, quas nec sacræ litteræ, nec Ecclesiasticus usus approbauit, qualis est ista, quæ licentiosè abutitur, & deprauat multò sacrosancti Missæ sacrificij uerba, etiam ipsius Canonis, præterea petit effectum sibi concede per uim prædictorum uerborum; quæ uis non ad uulnerum corporis consolidationem, sed ad panis, ac uini transubstantiationem à Saluatore nostro directa fuit &c. hæc Martinus contra supradictam formulam, quæ prima facie pia, & licita uidetur. Eia ergo si hæc uetita ut illicita, quid de alijs maiori uerborum mistione, mutatione, crucium ceremonijs, quæ exercentur sentiendum?

Athenienses quæque Gentiles odio habuerunt uerbis medelam, unde (ex Vairo. 2. de fasc.) cum in Achaia quandam mulierem esse Atheniensem cognouissent quæ uerbis medebatur, eam lapidibus obruendam dederunt, asserentes non uerbis; sed lapidibus, herbis, animalibus Deos immortales sanandi uim dedisse.

Alij se iactant multos morbos maleficos curare figuris, literis, uel carecteribus quibusdam impressis, ut lapidibus, gemmis, auro, argento, ære, stagno, ferro, plumbo, dominante eorum planeta, certo obseruato die, cælique parte; & insunt inhæreri affirmantes quod affectus, qui ab his procedunt sunt ex naturali ui influente à cælis in compositionibus illis. hinc Plato 4. de Rep. etsi sapiens, docuit ad capitis dolentis medelam folium quoddam addita incantatione certa adhibitum sanitatem restituere, absque uero incantatione folium nil conferre.

Incantationes has Socrates apud Arnald. lib. Costab. explicat, quod sunt uerba decipientia rationales animas secundum interpretationes, aut secũdum memorię impressiones, uel secundum desperationes, Inde autem medici bene confidunt incantationem, siue adiurationem adiuuare. Græci uero medici antiqui intendunt hic animam erroneam imperfectionem sui reuocare, qua reuocata necesse est, ut corpus reuocetur ab ipsa, cum corporis complexionem uirtutem animæ constet. sequi ex Galen. & sic intelligenda sunt uerba illa ab Alex. Trall. lib. 9. c. 4. adducta de humerica Galeni curatione.

Sed quæ agendi naturalia principia possunt esse in figuris, & carecteribus ab arte fabricata? ars enim ordinem, compositionem, & figuram tantum dat, prætere a agere, & pati non possunt reperiri nisi in rebus, quæ saltem secundum aliquod idem genus pertineat, at naturalia, & artificialia, seu influxus, & caracteres, uel imagines genere sunt diuersa, ergo nulla operatio; sed quæ mira uidentur sunt à dæmone mediante signo, uel pacto inito.

Animaduertendum in magica calliditate tibi propono, quod antequam in alicuius morbi curatione introducatur magus, dæmoniacam doctrinam doctus, petit, an experta sint remedia aliqua naturalia, quæ nisi acta sunt, prius fieri iubet: ac postremo ipse operatur.

Ego cum iuuenis id bene factum ab eo putaram, cum remedijs auferantur humores omnes melanconici sæpè subiecta, & occasiones à tartareo agente agitandi.

At cum intimè speculatus sum, alia congrua magis abscondita ratio mihi representata est, nam id uult dæmon agi ad hoc ut in potentibus uiribus naturalibus tota uirtus attribuatur suo mancipio, ut honor, cultusque suus augeatur. Vel quia Zelotypus sibi tantum non alijs, uel diuinis, uel naturalibus remedijs sanitatis causa condonetur, idcirco protestari solet magicus curator interdictis alijs incantatis tantum suis medicamentis uelle sanare. Addo etiã quid cum sciant morbi declinationem, & priuationem, ut sua religio glorias solum acquirat, irritant gentes ad tunc quęrenda remedia ab illo, uel illo Mago.

Sed ut noscas uetitos sanandi modos, ac ueros medicos transcribam dicta Doc. Io. Fran. Ripæ de remed. ad pestem pag. 61. Quis dicatur medicus. Respondeo. Medicum accipimus qui alicuius partis corporis, uel experimento pollicetur, non incantationibus, aut imprecationibus; etsi multi sint qui incantationes, & imprecationes sibi profuisse affirmat. l. 1. § 1. ff. de uarijs, & extraor. cog. Vnde si uulneratus faciens se curari per incantatores moriatur, non poterit uulnerans intitulari de homicidio, tum quia uulneratus non dicitur adhibuisse medicum qui uulnus curaret, tum quia per partem damnatam

curam

curam sui procurauit, & sic fuit in culpa Sanctum Bart. Soc.cons.78. Primo aspectu col.6.lib.2.qui poterat alleg.tex, Aug.in c.quoniam 88.dist. Matres inquit Aug. infideles filijs dolentibus quærunt ligaturas sacrilegas, & incantationes omnia ista peccata sunt hominum, &c.

Et vt superioribus iam scriptis pro superstitionis cognitione dicta Cardinalis Cusani censeam 2.exercit. ait præcepisse Mosem vasa coperiri propter Dominus abundas:sunt enim dæmones quibus vetulæ offerunt esculenta,& poculenta, quę mundando domum non commedunt imo seducunt. Prohibuit ne vir indueret vestem mulieris,& è conuerso,propter idolatriam, quia mulieres vestes viriles,& arma in honorem Martis induebant,& viri mulieres in honorem Veneris. hoc festum peragitur à Christianis in carnispriuio, tum addit, si res consacratæ ad aliud quam ad proprium vsum applicentur est superstitio,vt aqua benedicta vni vt remedio naturali,non vt sacramentali,& à Deo virtutem, superstitiosum est.

Ita etiam omnem accipere, & expectare à determinato anno, mense, die, festo,vel á solis, lunæq; syderumq; determinatis radijs facinus aliquid bonū, vel malum superstitiosum est,sin vero fiat ob deuotionem simplicem sanctorum,vel virtutem aliquam influentiæ,vt sic non est peccatum. Verum si pius es,& Deus est tecum, quid times temporum obseruationem?

Est ne sanandi superstitiosus modus eorum, qui orti sunt die parasceues;& quot quot nullo fæmineo sexu intercedente, ac abortu septimi masculi legitimo thoro sunt nati? memorat Vairus 1.de fasc.11. Del Rius lib.1. part.21. Garzonius nel serraglio, Iulius Cæsar Baricellus fæcundus scriptor in hort. geniali. Et obseruantur præcipuè in febribus in Flandria, ac Beneuenti aliquos scrophulis affectos per septem dies continuos à puero quodam Romano per illud temporis spatium ieiunante sanitate restitutos vidimus, & puto maiorem efficaciam habere qui natus in die parasceues simul septimus inter fratres.

Respondetur cum Del Rio,quid hoc nequit ad naturalem causam ruduci: quare vt concessa, prodigiosa curatio est, & si nihil superstitionis accedat reducenda est ad donum supernaturale,vel ad gratiam gratis datam. Non enim absimile vero est ob Dei honorem,& mysterij sanctitatem,& honorem coniugis id Deum concessisse.

Ad hoc reducitur virtus illa Regis Galliæ à S.Ludouico, & ante hæreditaria tactu, & signo Crucis sanando strumas, vt Forestus 3.obs.Chyrug.10. Guido in Chyrug.T.2.d.2.c.5. Tagaul.1.inst. Et referunt quoque Reges Angliæ olim (ad confusionem viuentis nunc Regis) quosdam annulos benedixisse vtiles neruorum contractioni, spasmo, & comitiali morbo, quas omnes virtutes.

Pomponatius conatur referre ad virtutem talis indiuidui,& adducit exempla de lapidibus,&c.dicens,sicut in herbis,lapidibus,& animantibus inueniuntur hæ sanandi virtutes, sic nihil repugnare, qui & in tota humana specie similes vires inueniantur: vt in vno homine sit virtus talis lapidis &c. in alio talis plantæ, & quod ergo planta hæc, vel lapis ille possit, idem etiam hominem hunc,& illum vi naturæ effecturum,& per has rationes admittit in latitudine naturæ, qui solo contactu, afflatu, osculo, sibilo, aut nude linthei appositione

sitione sanant etiam atrocissima vulnera, quam S. Anselmi artem vocant, vel genus illud salutatorum, vt vocant in Hispania; vel Sanctæ Catherinæ, vel sancti Pauli &c.

Respondet ad has rationes Martinus disparem esse rationem, nam hominis forma diuersissima est à forma v.g. reubarbari, magnetis, vel alicuius animalis, & eam vim beneficam quam à natura acceperunt obtinere ex certo temperamento, & definito totius speciei, inde omnis magnes ferrum attrahit, nec omnes homines sunt salutatores.

Teracrucius ponit aliud fundamentum arguens naturali complexione, & constellatione, quidam sunt nociui, quod patet, & halitu, & fascinante aspectu, ergo ex ijs quidam naturali complexione, vel constellatione erunt salutares, & medici.

De constellatione natos refutat Albertus; nam omnes ex vi essent præditi sub illa influentia orti si quando tangit, ferè semel tantum esset hæc curatio in toto vitæ cursu, cum permagnus est annus stellarum.

Neque valet illatio de nociuo ad salubre, quia malum oritur facile ex quouis defectu, bonum ex integra causa: vnde benedictum omne bonum è sursum, si quid enim affert noxæ nascitur ex habitu contagioso.

Concludamus igitur modos illos curandi in limine naturæ Philosophos, & Theologos non admittere, & si qui aliquando reales effectus eueniunt attribuendum puto, vel dæmoni vi pacti quomodolibet, vel Deo suisque seruis miraculosè, aut gratia gratis data alicui viro pio ob aliorum vtilitatem. Huiusmodi nempe donum conferendæ sanitatis, seu curandi esse supernaturale D. Paulum. 1. Corint. 12. docuit, alij quidem per spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu, alij operatio virtutum &c.

Nauarrus manual. c 11. 36. se extendit etiam ad non probos viros, ac allegando Margarit Confes. subdit. porrò illi qui vulgò salutatores vocantur (quantumcumque alias sint perditissimi homines) licitè possunt suo munere fungi, quoniam gratia illa gratis data huiusmodi hominibus à solo Deo conceditur in aliorum vtilitatem.

Quæ nimis licentiosa sententia defendit omnes Ensalmadores, qui & homines, & uetulæ propter remedij facilitatem, & suauitatem, quamplurimæ in omnibus ferè morbis obseruantur.

Quæ gratia etsi Deus quibus uult largiri potest, credendum tamen moraliter potius amicos quam inimicos ditari, tum hac gratia gratis eleuatos inueniri raros, & pijssimos, uitaque purissimos; nec faciliter suadere possum diu manere in scelestis quin mutet in bonos.

Exempla enim Gentilium quæ adducuntur pro tactu, ut de sudore Alex. de digito Pyrrhi, de Vespesiano, &c.

Neque naturalia, neque diuina censentur; etiam si nugas esse negas; at dæmoniaca, dæmon enim malignus effectum sanitatis assequi agit suo modo à Gentilibus, Iudæis, Moris, Turcis, Hæreticis, tum ut omnibus gentibus confusio seminetur, & in dubium ponatur, quæ sit uera religio, tum ut cultui suo credatur.

Et quoniã cõmunis utilitatis maiori cõmoditate licet ab alijs accipere, ideo non me pudet sectionẽ ultimã lib. 3. & eã lib. 6. Del Rij in totũ transcribere,

SE-

SECTIO IX.

EX his infertur decisio de multis formulis, quas non prætermittam planè, ut de ijs possint lectores, quando de facto inciderint iudicare, nec adscribam integras, ne curiosi, & impij queant abuti, sed adscribam tantum initium, & finem omissis medijs, & circumstantijs, quas auctores earum requirunt. primæ quatuor frequentes sunt hic in Eburonibus.

1 Ad equos sanandos interrogant, cuius coloris sit? si dicas spadicem, clamant spadix spadix si laboras tali, uel tali morbo, tam uerè saneris quam Ioseph, & Nicodemus &c.

2 Ante per ante, par ante ante &c. ut uirgo Maria peperit.

3 Alligare equum stoloni arboris, quæ numquam fructum tulit, idque trium horarum spacio.

4 Pro quouis morborum genere, funiculo laneo brachium cirumdare in nomine Dei, &c. & ad nomen sancti, cui morbus tuus sacer, funiculus contrahetur, & fiet breuior &c.

5 Dicto consummatum est, pedem equi terræ fortiter incutere, & addito alio uersiculo ex oration. Domin. clauum excidere.

6 Ad morbum quendam animalis sanandum, inijcere phialæ uitreæ aqua plenæ limpida nouem hordei grana &c.

7 Filium per chrisma trahere: aut terreum imaginem sub altaris pala abscondere.

8 Tempore Missæ dentes tangere, & quendam ex Euangelio Passionis uersiculum dicere, &c. ut os &c.

9 Cum ægroto ante febris accessionem manus lauare, & interea certum ex psalmis uersum sub murmurare, uel laborantis manu prehensa dicere æquè facilis tibi hæc febris atque &c.

10 Recipere tres panes missales, & in uno scribere qualis est pater, &c. & in 2. &c. & in 3. &c. & dare has hostias febricitanti.

11 Ducere ægrotum feria sexta idque continuis tribus diebus ante solis ortum uersus orientem, & eo expansis ad solem manibus in Crucifixi morem stante dicere. hodie dies illa est &c.

12 Illud Aphricani, gustate, & uidete quod bonus est Dominus inscriptus certæ supellectili, &c.

13 In aquæ frigidæ cyathum instillare profluentis sanguinis definito numero guttas: & inter unam quamque legere Pater noster, et Aue etc. et propinare patienti, cumque certa quædam interrogare, uel fronti eius certum uersiculum cruore illo inscribere. Vel in sanguine sistendo dicere sanguis manet in te etc.

14 Tribus diebus ante solis ortum super equo dicere in nomine Patris, etc. exorcizo te uermem, etc. ut nec carnem, nec ossa huius equi edas, etc. deinde certo numero recitare Pater, et Aue. tandem in dextram aurem equi cum aliquot crucibus factis insusurrare quatuor quædam uerba etc.

15 Ad inueniendum furem, in crystallo crucem facere cum oleo oliuæ, et sub cruce scribere, S. Helena, et puero casto, etc. et post tergum eius flexis genibus

ter dicere orationem,&c.& cum Angelum(intellige nigrum) videbit puer in phiala tum interrogare quæ quis voluit. Item leguntur septem Psalmi cum Letanijs, hinc sequitur orato ò terribilis ad Deum Patrem, &c. hinc exorcismus in furem: denique formatur figura cirularis cum barbaris nominibus, &c.sic fure oculum putant excuti &c.

16 Ad curandum maleficiatum accipe tres olei violacei mensuras, & consistens contra solem ante eius ortum exprime nomen &c. vicesima die mensis sanabitur.

17 Item ferre inscripta nomina trium Regum cum certis tribus versiculis, vel verba planè incognita, & absurda vt illa veterum Danata duries, &c. vt recentia Abrac, Anon &c.vel illa pani scripta Irioni kiriori &c.vel istud Hax, pax, &c. contra morsus canum rabidorum. Item contra dolores dentium strigiles falcesque &c. vel aliud galbes, & galdes, Et in piscium captura illud Geoponici &c.

Aliæ quædam superstitiones in exp. primi præcepti apud Bectrium leguntur c. 5. alij, inquit, promittunt sic, vis vt maritus tuus diligat te: accipe de omnibus crinibus tuis, & effer illos, &c. alia sic accipe hæc sancta verba scripta, & consue vestimentis viri tui, & non poterit occidi, vel subitanea morte mori. Vel sic,si vis habere maritum ad voluntatem tuam, quę re clauos ferreos antiquos de quibus inuentis debet formari annulus, &c. habebis maritum pro tuo desiderio infra annum. Item si sponsa debet habere bonam fortunam, oportet quod in nuptijs ingrediatur domum sub duobus gladijs, &c. item ne infans rapiatur à strigibus, debet poni cultellus, vel corrigia &c. hactenus ille contentus tantum posuisse quantum ad fugiendas agnitas superstitiones pertinebat.nunc ista sufficiant exempla plura, lib.6.c.2.5.1.q.1.& ex opere Martini de Arles.extant enim innumera gratia abstrusa superstitionum curatiuarum quibus vti non debet incantus, ni prius sollicitè cum prudenti, & pio Thelogo rem contulerit, solet enim latere anguis in herba.

Ex vltima monitione lib. 6. pro cognitione superstitiosorum modorum concludit Mart.

Orationum quoque sanctitatem diabolus multis superstitiosis circumstantijs solet violare. aliquando violat malo fine proposito, vt cum quis orat, aut celebrari curat Missam ad exitium alicuius; aut vano, vt ad sciendum aliquid boni successus &c.moneantur ergo in orationibus, attendere ad sequentia axiomata.

Primum peccatum orationis est ratione materiæ, quando petuntur res illicitæ,aut noxiæ,quæ repugnant honori, vel præceptis Dei,aut caritati proximi;aut quando res indifferentes(v.g. diuitiæ, honor,doctrina &c.) petuntur absolutè aut pertinaciter nimisque instanter; aut quando petuntur instanter res de quibus iustum dubium est an sint homini ad salutem profuturæ.

Secundum est ratione formæ, quando continent verba, vel sensus verborum aliquid falsum, mendax fidei, vel naturali rationi contrarium, vel nomina barbara, & ignota, aut nugas, & ineptias, quia hæc omnia sapiunt blasphemiam.

Tertium peccatum est ratione modi, seu cerimoniarum, quæ adhibentur quando illæ sunt vanæ,& præter, vel contra communem Ecclesiæ consuetudinem,

dinem, vt si necessariò debeant fieri certo statu corporis, certis horis, vel diebus non interruptis, brachijs certo modo expansis, oculis in certum locum defixis, cum tot candelis talis, vel talis coloris, & similibus, Existimando circumstantias has ad effectum aliquid naturalis, vel supernaturalis virtutis conferre.

Contra hæc peccata adhortandi sunt homines, vt firmiter apud animum suum statuant, nec velle malum vllum vitare, nec velle boni quidquam consequi, vel retinere per vlla media, illicita, vana, aut superstitiosa. Secundo postquam serio diuinum auxilium implorarunt, conentur suam voluntatem diuinæ prorsus conformare, sibiq; certo persuadeant quicquid eis acciderit, id à Dei prouidentia procedere, & ipsis esse longè vtilissimum. Tertio certo credant quando Deus illis non concedit quod postulat, id paterno Deum pium, & misericordem animo facere, quoniam hoc illis expediat, sicut solet medicus ægro multa subtrahere, & denegare non inuidia, nec sæuitia; sed beneuolentia, & sapientia. Quarto non apponant Missis quas ad intentionem dici curabunt vllum numerum, aut determinationem loci diei candelarum, &c. ex hoc cap. damnantur Missæ, quas vocant tricenarias reuelatas, & clausas Missas Comitis, Missas S. Amatoris, contra quas disserit D. Vincentius Ferrerius hom.4 Dominicæ 4. in Aduent. Ex dictis etiam damnantur orationes in quarum titulis præscribitur certus dierum numerus quo exacto sint exoraturi; contra illud præstantis viduæ Iudith 8. v. 12. Qui estis vos qui tentatis Dominum? non est iste sermo qui misericordiam prouocet; sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini & in arbitrium vestrum diem constituistis ei. Nec non orationes, quibus petunt à Christo, Deipara, vel Sanctis reuelationes, aut apparitiones, quia hoc est plenum periculi, ac deceptionis, audaciæ, curiositatis, ac præsumptionis, quemadmodum etiam orare, vt significent eis diem, & horam obitus, & istis insuper inculcandum illud Thomæ de Kempis quid faceres si scires? nunc ita viue, vt securus horam illam expectes. Quocirca cum omne bonum à Deo pendeat, quomodo quod aues consequi poteris Datoris suæq; sponsæ præceptis inobediens? Tum cum sufficientia nostra ex Deo sit, & sors, mors, vita, & sanatio in manu Domini, quis cuncta vana, superstitiosaque remedia iuuare affirmabit? multa habes lib. de curat. Diuina.

CAP. II. An licitum sit petere à veneficis remedium.

VEteres Iuristæ ad hominum vtilitatem tamquam bonum finem inspicientes statutum relinquerunt licere, nempe ad curandos morbos, vel ad reprimendas tempestates, vt Pet Ærodius lib. rer. iudicat. 8. T. 7. cap. 6. Bartol. Salicet. Godefrid. & alij in l. eorum cap. de mal. Maluetius de sortib. Grillan. de sortil. legem vero hanc sustulit postea Leo Imp. constit. 65. ad Stylianum. negans quidpiam verè bonum artibus his magicis effici: sed apparens illud bonum, illecebram, atque nassam esse, ac subdit notum enim nobis est illas, vt qui se ipsis dedunt, pro Creatore, ac Domino infaustis, dirisque dæmonis adhæreant, efficere; & qui illas affectantur, hos, per externarum rerum lætam quandam speciem, vulnera in anima excipere, quale quiddam inter

pugnandum meticulosis frequenter accidit;qui dum ictus interdum excipere manu nolunt,illis vel caput, vel ventrem exponunt. Sanè vero si quis aliquo modo incantamentis vsus esse deprehensus fuerit,siue id restituendæ,conseruandæue valetudinis, siue auertendæ à rebus frugiferis calamitatis causa fecerit, is apostatarum pœnam subiens vltimum supplicium sustineto. illi autem Iurisconsulti ad Reipublicæ tantum vtilitatem,ac statuam rationes,non directè ad Dei offensam inspiciebant.

Interdicunt Sacræ literæ, & Canones maleficos consulere etiam ad bonum finem Leuit. 19. non declinetis ad magos, neque ab Ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos ego Dominus Deus &c.idem c.20. & Deut.18. &c. S. Paulus ad Rom.3. statuit non esse facienda mala, vt eueniant bona, & qui amat animam suam plusquam Deum perdet eam.

Nam cum supponatur vt verum dæmonem semper esse paratum corpori, & animæ nocere,ac ita cum suo mancipio contractum fuisse, resultat quid si quem sanitati est restituturus id efficere maiori animarũ lucro: idcircò multi tenent maleficos morbos curari non posse ab illis, nisi in aliam transmigrent personam,maiori vel æquali damno. Ad euitandum ergo quodcumque damnum, vel peccatum non est confugiendum ad istos. Quare etiã si veneficium non transmigrari posset in alium non permittente Deo; negari tamen non potest hos aliud componere maleficium, nam quid sibi vult cum à maleficiato petunt ligamen aliquod,vt alutam vulgo strenga,vel linteolum,vel zonam,nisi hæc nectendo, vel vouendo diabolos inuocant ad responsa, ac ferè tamquam signũ pacti taciti,vel veteris consensus accipiunt suarũ operationũ.

D. Thomas de malo 13 q.4. huic proposito optimè scripsit.digni sunt morte non solum qui talia faciunt, sed qui consentiunt facientibus.

Propter quæ verè assentiri non fido ad periculi euitationem dictioni quintæ Del Rio.ita

Licet à malefico petere,imò licet etiam illum minis, & leuibus verberibus cogere, vt maleficium tollat, quandocumque probabiliter credo illum sine maleficio modo aliquo licito id facere posse siue quandocumque non sum moraliter certus quod vtetur modo illicito.

Hanc sententiam probat esse communem. Verum Caiet. T.2 opus.12.cautelam proponit, vt quis expressè protestetur se nihil commune cum diabolo habere velle,quia cum sit inimicus Christi D. N. omnis cum eo familiaritas interdicta nobis est: ita vt si procerto haberemus sanitatem ab illo obtinere, si à nobis peteretur non vt colamus illum,sed tantum vt sanitatis impedimentum auferat nobis illatum,Sotus ait, non esse licitum.

Ideo animaduertunt Theologi,Iudices ne ita simpliciter maleficos cogant vt maleficia curent,vel ægros benedicant pro talium cognitione,cum iubeat, vt peccata committant.

De possibili vero euenire potest,vt petendo maleficij dissolutionem à venefico ad pœnitentiam reuertatur, e sic sine altero maleficio sanetur infirmus, & hæc petitio limitatur facienda ab auctore proprio maleficij, non à magis exteris,cũ sępe sæpius propter escã aliquid lucrandi,uel aliquid aliud, ipsimet maleficia iaculantur,abscondunt,vt postea destructionis auctores habeantur.

Cautè etiam obseruandum à quibus magicorum morborum petantur remedia

media, sunt enim innumeri medicam artem profitentes, at à iure S. R. Ecclesiæ methodoque Galeni declinant superstitiones plerasque committentes. Quocirca perscrutandum est quibus medicamentis sint vsuri ex quo modo, cogitandumque licita ne, vel illicita, nec vnquam recedere à nostro methodo diuinæ iuncta, quod si nolint dicere, vel se iactent habere peculiarem gratiam; de ijs dubitandum est.

CAP. III. *An Applicatio Remediorum telo, mucroni, seu cuique instrumento vulneranti sit naturalis, ac licita curatio.*

HAnc curationem exercent Sueti, & Marpurg. ac nulla superstitione esse maculatam tenent.

Modus est, vt si haberi possit instrumentum per quod vulnus illatum est, accipitur, in temperato ponatur aere, & pars tota cruore tincta, vel saltem ea quæ penetrauit, vel totum instrumentum, mane, & sero vngatur tale vnguento vetito.

Resp. Vsneæ in caluaria iuris, &c. non scribuntur. Confice sole existente in libra: Vsnea colligitur luna versante in piscibus, vel crescente in Venere. Hoc vnge in punctura, &c. dixit Auctor huius impugnando. Vulnus vero volunt lauari quotidiè vrina sua, &c. Si verò instrumenta vulneratoria non habeantur: aiunt quod sat fit si aliud ducatur per vulnus, vel ramus salignus in apertura cruenta madefactus, & inunguntur vtraque horum latera.

Fundantur in rationibus sympathiarum, & antipathiarum; nec non in proprietatibus occultis influentiarũ, quibus vnguentum redditur potens, & multorum naturalium de quibus assignari minimè potest vera ratio, vt plura sunt exempla, vel quia Deus magnus ab initio mundi sic virtutes illas plantauit, nec reuelauit. Sed quid? mira multa naturæ non dicuntur magica ab ignaris dæmoniaca.

Iste veró curandi modus, quia tota vis expectatur, & tribuitur rationibus dictis sine verborum Caractherumque obseruatione minimè superstitiosus nuncupandus.

Cur verò vtitur Vsnea suspensi capitis? Extat intima ratio. Qui enim suspenduntur toti spiritus propter timorem mortis, seu refrigescunt in capite, & congelantur: & sic propter violentam mortem, & suspensionem suffocato natiuo calore in cerebro confunduntur, & fit vsneæ balsamicæ melius generatio, quam in alijs extinctis, & ità in operationibus anotomicis tali quoque corpore medici vtuntur.

Affirmant hanc curationem arrisisse Maximil. Imp. iurantque ter mille, & vltra sine dolore, sine cherugicorum præsentia conualuisse.

His præuisis, hic medẽdi vsus non est approbandus ab honesto, rationali, & Christiano Medico; Cofugere enim ad qualitates occultas, ad Dei arcana non reuelata non est philosophi, sicut ponere actiones, & effectus in maximo distanti, non alterato medio, Probat alijs medijs id etiam Martinus Bonacina, T. 2. disp. 3. q. 5. p. 4. Neque modus medendi est medici, sed Blateatoris; nam Medici applicant medicamenta in corpore humano sanabili; non curant ligna; vel mucrones, vel enses, vndè quia illa medela variat normam, & mo-

dum ordinarium Medicorum videtur includere superstitionem. Deus enim omnia fecit, & reliquit secundum suos ordines, & mensuras; Primo erat Chaos, abissus, tenebræ; & terra vita inanis, vacua sensu; tum fuit creata lux vegetans, vitamque reddens, postea cœlum lucis fons, tum spiritus, & distinxit in tres Hierarchias quarum vnaquæque habet tres ordines, vt diximus, c. vlt. præludij, postea hominem, voluitque dum ægrotaret præceptis medicis staret; nec vt prudens medicinam abhorreret.

Adde omnis Medela, vel est à Natura, vel à medico eius ministro, vel à diuinis, vel à dæmonibus; Non est naturalis intrinsecè cum ipsa natura agat suis proprijs instrumentis in corpore naturali;non est Medici extrinsecè,cum non applicet remedia in abstracto, sed vel extra, vel intra corpus rationale. Non est diuina, quia esset miracolosa, nec sunt sine necessitate multiplicanda mitacula, neque illo vnguento spiritus bonus allicitur, & flectitur. Imò si effectus sortirentur. Reducerem, vel ad dæmoniacam vi vnguenti armarij, tanquam signi taciti, vel antiqui cum aliquo mago.

Vel ad vanam obseruantiam simpliciter medelaque, aliquando ad sanitatem terminari per accidens, aut propter validam vim naturæ sanantis vulnera sanabilia, dicebat enim Hipp. 2. pron.& Coac. prænot. Moriuntur maximè ex vulneribus,si quis cerebrum sauciatus fuerit, aut spinalem medullam, aut hepar, aut septum transuersum, aut cor, aut pulmonem, aut ventriculum, aut intestina, aut vessicam, aut venam cauam. Adde ex. 2. 5. Auic. renes, neruos, arterias, vessicam felleam, osophagum, matricem, Iugulares venas, articulos, & capita musculorum; minimè vero moriuntur, subdit Hipp. vbi hæc non sunt; tum addè quando non committitur error notandus in ratione victus.

Vel ad virtutem abluendi vulnus cum propria vrina, quæ valde conducit ad abstergenda,& esiccanda vulnera,quæ cum non sint in dictis partibus,nec venenosis facile possit concedi curationem.

Sed replicet ingeniosus,quod curatio dicenda sit astrologica,cum vnguentum illud, & vsnea fuerunt composita sub propitijs influxibus: vndè vis ea traductiua continuatur ad vulnus mediantibus spiritibus illis influxis, aut radijs, aut lumine, siuè qualitate occulta intermedij afficiendo spiritualiter.

Sed contra, quia motus illi locales pertinent tantum ad Angelos bonos, vel malos, non ad vim rerum naturalium. Tum, concessa virtute in influentijs, repugnaret naturæ contrariorum, & proportionum: influxus enim sunt limitati, non possunt, v. g. excitare frigidum, & calidum, humidum, & siccum vnico modo, nam in vulneribus primo frigidis, & temperatè adstringentibus prohibenda est inflammatio, qua existente nullo modo introducitur sanitas; Cuius prior indicatio est partium vnio, vt quæ prius erant disiunctæ, vt mutuo adducantur, coniungantur, agglutinentur, & tandem concrescant, coalescantque. In simplici vulnere faccijs adaptatis, & constrictis datur vnio. Agglutinatio veró fit à sola natura sanguinem subministrante. Minister autem naturæ adiuuat,primo modicè esiccantibus,vt absorbeantur humiditates excrementitias in parte debilitata subcrescentes, coalitumque remorantes; secondo symptomata, & alia superuenientia, quæ vnioni procurandæ impedimento sunt remouens, vt dolor febris,res infixæ,ossa fracta,

dis-

dislocata, ſanguinis profluuium, caro aucta.

Ad quæ omnia cum requirentur medicamenta tempore proportionato qualitate contraria, ac diuerſa applicanda, tum manus chyrugica; Quod poſſit hæc agere influentia affirmare vanum, & ſuperſtitioſum iudico.

Probatio de ſympathia, ſeu concordia ſymphonia, inter vulnus, & inſtrumentum vulnerans, ac vnquenti compoſitionem non eſt admittenda: cum potius inter vulnus, & vulnerans ſit antipathia, ſeu diſcordia pugnans; neque ſanguis ille frigefactus, poteſt habere aliquid attrahentis, & excitantis cum mortuus ſit, & derelictus à regimine naturæ. Et forzan melius eſſet ſi dixiſſet, vnguenti auctor Rod. Goclenius, vngenda ſunt fruſtula lintei cruore imbuta; ſympathiæ colorem tribuiſſet.

Ad paritatem, quæ adducitur de tot rerum occultis, proprietatibus, amicitijs, & influxibus? eſt diſpar rationis conſideratio, cum in illis requiritur contactus aliquis, vel viſio proportionatè, aut fiducia imaginans, vel aliqua apprehenſio, ſeu animi paſſio, num inter vulneratũ, cubile clauſum, & diſtans, ac telũ alio loco medicatum, qui tactus; quæ viſio, quæ proportio cogitantur?

Ad exempla de ſigillis lapidum virtutibus miris præditis ad diſtans, ſat reſponſio, ſ. Rom. Eccleſiæ, vt vana interdicens.

Aliqui profitentur ſola caractherum ſcribentis inſcriptione per litteras miſſus diuinare de animi moribus, corporum complexionibus, de futuris morbis imminentibus, de modo curandi, nec non de reis, & bonis fortunis. Quæ omnia cum nil commune habeant cum ratione, ſapiunt vel ſuperſtitioſum, vel vanum, vel dæmoniacum.

CAP. IV. *Vt dæmon nocere deſinat eſt ne licitum, ſignum maleficijs deſtruere.*

HAnc quæſtionem longa ſerie tractat, & diſputat contra Heſſelium, & diſcipulos eius qui nullo modo eſſe deſtruendum tenebat 14. argumentis Mart. lib. 6. q. 3. 1. ad omnia reſpondens affirmando licere etiã ſpe ceſſationis.

Nos pro reſponſione vtemur Scoti dictis in 4. diſt. 34. his verbis, Si per orationes Sanctorum impediatur virtus dæmonis bene fit, ſi tamen Deus illus non exaudiat, tunc ſi ſciretur maleficium, & deſtrueretur, dæmon non indigeret eum amplius, quia ex pacto non aſſiſtit, niſi dum duram aliquod ſignum. Et ex hoc patet, quod truffatica eſt illa quæſtio, an liceat tollere maleficium intentione curandi maleficiatum. Non enim ſolum licet, ſed eſt meritorium deſtruere opera diaboli, nec in hoc eſt aliqua infidelitas, quia deſtruens non acquieſcit operibus malignis, ſed credit dæmonem poſſe, & velle fatigare, dum tale durat ſignum, ac deſtructio tali ſigni finem imponit tali vexationi.

Clarius id explicare videtur Caietan. 12. tom. 2. ſcribens duobus modis contingit maleficium à maleficijs ſolui; primo per ſimplicem diſſolutionem, ſeu maleficij deſtructionem prius facti, vt puta diſſoluendo ligaturas capillorum, pennæ, lini fili, funium ſuſpenſi ad furcas, & c. enarrata in c. de cauſis, & ſignis; aut comburrendo alias compoſitiones, & hoc abſque dubio licitum eſt, nec opus malefici, vt maleficus eſt; at hominis, ſcientis impedimentum

boni

boni proximi sui; quia nulla hic euenit inuocatio dæmonis, sed sola signi dissolutio, quo durante diabolus statuerat malum alterius continuare; secundo per inuocationem dæmonis, seu aliud maleficium, & hoc procul dubio peccatum est mortale.

Quare licitum est etiam maleficum rogare, & pecunias promittere, vt ligaturas, vel maleficium, quod habet dissoluat, & comburat simpliciter tantum, sine alio maleficio, quando nulla illicita intercedant. Sicut enim est malum ponere; ità bonum tollere, imò si te nolente maleficio vtitur non cooperaris; sed si tibi maleficium ad dissoluendum, vel comburendum (non autem ad flumen currens, vel caminum fætidum proiciendum) præberet tutiorem rem esse putarem.

Neque hic scribam tot exempla proprijs oculis obseruata, & in posterum pauca adducenda, quod combustis, & dissolutis maleficis instrumentis, imó publicè expositis sanati sunt statim ægri, etiam si nō fuerunt decantatæ à Sacerdote orationes huic institute; tamen quoniam sæpius morbi isti renouatis signis recidiuari solent, idcirco pijs ceremonijs ea igne concremari melius est, operam demum præseruationi dari.

Sed quæso hæc curatio per ammotionem signi est ne collocāda inter naturalem, vel inter diuinam, vel dæmoniacam? nam non est diuina, cum nulla intercedit præcatio diuina; nec naturalis, cum nullum videtur naturale remedium; Neque malefica, cum supponatur destructio tantum signorum non compositio. Vera quidem censentur.

At Respondere possumus istam curationem appellandam esse maleficam priuatiuam cum cesset malum, non positiuam, seu mauis dicere moralem; Sicuti enim licitum est expectare dæmonis fugam, ab obsesso, itá est expectare effectum priuatiuum à dæmone.

CAP. V. An mortua Maga cesset dæmon operari in maleficio.

CVm clarum sit sæpeque repetitum, quod maleficia fiant à veneficis odij, vel amoris voluntate, & diabolus, vt morem eis gereret stet pactis assistendo in aliqua corporum cauitate, alioue humore excrementitio, vel applicatione actiuorum naturalium venenosorum, creditur, quod dum ad inferos ignes suam præcipitauerit seruam eius fine consecuto non curet de cæteris; loquitur tamen de sua assistentia non de venenosis applicatis iam vim impressis, vel alijs absconditis, & ingestis.

Altera ex parte, quia multa sunt exempla de maleficijs conseruatis diù, perempto auctore; Cogitari potest, quod licet sit mortua maga ipse cupidus augendi, conseruandique cultum, suamque congregationem ad exemplum sub suo vexillo militantium; suis, monstrat post mortem quoque se stare pactis, facinora ea tartarea conseruando, vsque dum à rerum moderatore permissum sit. Neque inferas, quod dæmon cum sit mendacij pater non est dicendum stare promissis, quod verum est quando agitur de salute animarum; at quia seruando pacta (præter conseruationem sui cultus) mortua maga expiscari spem habet, forzan impatientia, vel desperatione, animam maleficiati, aut saltem voluntaria delectatione se delectat affligere corpus: idcirco à maligna incæpta operatione potius tenendum est non cessare.

LIBER

LIBER TERTIVS PETRI PIPERNI BENNI. PROTHOMED.

DE NATVRALIBVS REMEDIIS.

CAP. I.

An Remedia naturalia agere possint in magicis morbis curandis.



PLeriq; forzan non probè affirmarunt, quod Morbi magici, cum dependeant à spiritu, nequam, & incorporeo agente; cui nulla semper terram potestas est, cui comparetur, qui factus est, vt nullum timeat esse rebus naturalibus vim omnem adimendam: ex eo quia naturalia cum sint ordinis inferioris, non possunt operari in superiorem ordinem habentes; & si quid aliquando valeant; agunt quatenus prohibent dispositiones aptas ad morbos suscipiendos, aut quatenus alleuient vexatum; vel indispositioni per dæmonem introductæ opponendo, sensibilia naturalia sanent. At Tartareus hostis vim habet denuò morbos renouare, causas, & humores, vel flatus augendo, & iterum ad nouum peccatum suum ministrum irritando, vt facturas refabricet.

Ex aduerso, quoniam humani generis Saluatoris aduentu, limitata, & eneruata fuit eius potentia; ità aliquando Deus permittat eorum operationes, vt debbellari possint suis medijs: si enim ab his humores perturbentur, euacuatis, & temperatis; cesset vexatio, si applicentur venena naturalia; antidotis aptis administratis recuperetur sanitas; si aliquando obstruerentur viæ naturalium spirituum, his apertis desinat morbus, &c. ideo Alij Theologi, Medici, & Exorcistæ experientia moti melius.

Affirmant res naturales, indirectè certè, seu ex concursu principali causæ supernaturalis vim habere contra dæmones pellendo, vel cruciando.

Sæpius enim effectum habere naturalia permittit Deus, tum ad confessionem, despectum, & pænam dæmoniorum, cum intelligantur res inferiores potentiam tenere in se superiores, & sic intelliguntur, vt instrumento diuinæ Iustitiæ operari. Tum etiam quia initio creationis tali dote potuit res illas Deus dotare, vt hos morbos in præseruando, vel iuuando, uel curando agerent.

Subscribitur Auctor, lib. 2. de secret. nat. 100. his nam fili, qui contra infinitam substantiam peccat, infinitè peccat, opportet peccans, igitur quocunque modo possit, magis pœnam pati: sed præter ammissionem uisionis diuinæ, nulla potest eis dari maior, quam qui submittantur actioni uirtutis rerum sensualium, & præter hoc fili extat tibi reuelatio, qualiter medicinæ sensuales actiones habent ad dæmones fugandos de quocunque corpore.

De-

Defenditur etiam à Mengho, lib.3. comp.ar. exor. c.7. à Del Rio, lib.6. c. 11. 3. à Zaccharia Vicecomite, in p.1. doc. 2. à Polidoro pract. art. exor. p. 2. c.6. qui auctoritate Nicolai de Lyra super 1. Reg. 16. probat petras, & herbas magnam uim habere in maleficia. Hostiens. sum. Tit. de impot. coeundi, & propter alios Magister, in hist. super Tob. 6. ait fumum cuisdam arboris adustæ diabolum pellendi uim habere: & Ioseph. Hæb.8. antiq. 2. hanc facultatem inesse herbæ Baaras, quam describit Mattiol. idem tenet Hugo; & D.Hieronymus scripsit dæmonium sustinenti licet petras, uel herbas habere, sine incantatione; & habetur in forma. 26. q. 7. dæmonium sustinenti, c. ult.

Inter multas probationes adducã scripta à Ioanne Nider. 12. Formicar. ità. Præterea, quid his maius est: tenet Paulus Burg. in addit. super p.Reg.16. hanc conclusionem u. d. Non solum concedendum uidetur, quod aliqua sensibilia possunt afflicti à dæmonibus leuius ferre, ut scilicet Nicolaus de Lyra tenet, sed quòd etiam per sensibilia aliqua à dæmonibus afflicti possunt totaliter liberari; quod probatur per eandem, quam Nicolaus adducit. Nam cum dæmones non possint materiam corporalem secundum suam uolũtatem transmutare, sed mediantibus actiuis qualitatibus, qui disponunt materiam ad suscipiendum actionem afflictiuam in corporibus ab eis obsessus: ut Nicol. dicit. eadem ratione per aliquam rem sensibilem potest curari dispositio in corpore humano, per quam non sit aptum ad suscipiendum actionem dæmonis. Verbi gratia mania est maximè dispositiua ad alienationem mentis secundum medicos, & per consequens ad suscipiendam afflictionem dæmoniacam, quæ quidem maniaca passio sicut potest alienari per sensibilia medicamina, sic & penitus curari; & per consequens curata esset talis dispositio in corpore humano ad suscipiendum afflictionem dæmonis correspondentem tali dispositioni, & sic recedet penitus afflictio dæmonis actium recedente passiua in possessio, hæc at alia Paulus.

Codronchius, lib.4. de Venef. m.9. idem sustinet addendo, vt nos agimus, quod res istæ antequam adhibeantur debeant benedici, vt melius operentur.

Addit Petrus Mamor. in flag. mal. cap 11. ità. Guillermus Paris. dicit quòd quia dæmones peccauerunt per appetitum se eleuandi ad superiora, iustè à Deo puniti sunt, vt inferioribus rebus subiciantur, & per lapides, & herbas, aliquas effugentur; Anania verò, lib. 4. de nat. dæmon. c.27 habet. Cæterum non pauci secretiores sapientes haud vllis virtutibus dæmones perpati aiunt, sed quadam, qua hæc inferiora, superioribus aduersantur analogia: aut ex opposita intelligentiarum propria virtute cunctis rerum generibus (vt secretiores volunt) præsidensium. Hinc notanter dixisse Proclum autumo de magica vlt. Non numquam verò herba vna, vel lapis vnus ad diuinum sufficit opus.

Fauet etiam hinc scriptum Fernelij de caus. rerum abd. c. 17. nam si occulti morbi vsquam proueniunt necesse est, & contraria illis occultaque remedia existere nihil in hac rerum vniuersitate subsistit, cui non & simile, & contrarium quoddam natura protulerit, etiam si nostra diligentia nequit inueniri; nam cum vt plurimum verum sit in inferendis maleficijs, vti dæmones rebus venenosis naturalibus, etiam clarè patere debet ad ea auferenda concurrere

currere

currere entia naturalia, nam quid valerent dicta Eccl. 38. ni medendi haberet suo modo potestatem?

Honora Medicum; propter necessitatem, etenim illum creauit Altissimus, à Deo est enim omnis medela, & à Rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu Magnatum collaudabitur. Altissimus creauit medicinam de terra, & vir prudens non abhorrebit illam. Non ne à ligno indulcate est aqua amara? Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis, & non consumabuntur opera eius. Pax enim Dei super faciem terræ. Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum; sed ora Dominum, & ipse curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto, munda cor tuum. Da suauitem, & memoriam similaginis, & impingua oblationem, & da locum Medico. Etenim illum Dominus creauit, & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria; est enim tempus quando manus illorum incurras. Ipsi verò Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & sanitatem propter conuersionem illorum. Qui delinquit in comspectus eius qui fecit eum, incidet in manus medici hactenus. Quare cum Altissimus dotauerit tot virtutibus putas forzan non tribuisse ei etiam vim aliquam, suo capitali hosti contradicendi, appugnandi, eiusque acta annullandi? pfertim, qui in medendo obseruet Christi præcepta?

Ergo negare non potest admodum conferre in magicorum morborum curatione res sensibiles certe tanquam instrumentum diuinæ iustitiæ ad illorum pænas, & confusiones, & confirmetur exemplo ignis, qui naturaliter non cruciat dæmones, & animas, cum nulla sit proportio, sed solum vt instrumentum eleuatum ad pænam eorum à iusto iudice; eodem modo possumus philosophari de quibusdam sensibilibus beneplacito Dei ità electis, talibusque virtutibus ditatis.

Neque quia naturalia huiusmodi modo indirecto agent ad delendos magicas affectiones, inferres nos finem non assequi; Age, eia, cedo, veniet sanitas; nec vt concludas curo, indirectè vel directè, vel vtroque modo curari morbos.

CAP. II. De Particularibus Remedijs Phisicis.

CVm neque dicta neque chyrugia, neque pharmacia morbi sanentur; incurabiles putauit, Gal. 7. apsi 85. at Medici nostra ætate ad aliquid diuini reducunt, ità vt oporteat ad aliud medendi genus scopum conuertere, scilicet, vt viri illæ ocultæ; propria virtute occulta oppugnetur; ideò excogitarunt multa, quæ interne, & externè etiam appensa huiusmodi proprietate essent prædita. Hæc non solum magis morbis, sed derelictis malis, à grauissimis auctoribus, vel quotidiana nostra obseruatione confirmata omnibus vtilimum colligere iudicaui. Solent enim contra huiusmodi morbos agentia, vt plurimum esse alexipharmaca, seu secundum qualitatem occultam contrauenena, vt.

Lapis Belzuar, fragmenta gemmarum, margaritæ vnicornu, terra lemnia,

bolus armenus, vtrumque coralium; alyssum, Vincetossicum, artemisia, allentia rhamnus, absinthium, celidonia, antherrinam, verbascum, anethum, Angelica odorata, aristologia, attriplex, assa fætida, asarum, aloes, asphodelus, acetosa, bettonica, bistorta, brionia, bacchares, ba aras, centaura, cupressus, cyperus, cyclamen, calamentum, Dipotamus, dracunculus caryophyllata, esuia, enula, hellebori, eupatorium, feniculus, fumus terræ, fuga dæmonum, genestra, gentiana; herba Trinitatis, hyssopus, & ab Arnal. in c. de malef. laudatur herba, quæ transiuerit per medium lapidis perforati, & in primario vsu est herba est baccæs paris, iuniperus, iua, lilium conuallium, lignum aloes laurus, maiorana, morsus diaboli, seu succisa (cuius radicicis puluis contra pestem, vermes, & internos carbonculos mirè) mellissa, moly, mater syluæ. mitridatieon, mirrha, mysica, nigella, nasturtium, origanum, origanum, Palma Christi, peonia, panis porcinus, polipodium, pinpinella, quinque folium, quo sæpe vtebatur quidam suspectus homo, & à Fuchsio laudatur ad expiationes lustratioresque, atque castimonias, Ruta, Raphanus, ruta capraria, sauina, squilla, stechas, scordium, scabiosa, sena, succus cyrenaicus, spica, nardi, sperma cetæ, tormentilla, trifolium, acetosum; Valeriana, verbena, vincetossicum, vngula, caballina, semen agnicasti pro maniacis.

Principaliter verò, & vsualiter sunt Palma Christi, cuius radices maniaci datæ magno sunt iuuamento 3. & 3.1, seminis in vino propinatum neruorum affectibus, & epylepsiæ auxiliari Mattiol. & Nicol.

Aristolechia, quam Gal. commendat conuulsis. 6. simpl. & Dioscorid: venenis, & serpentibus; infantem eius suffitus reddit hilariorem; vtimur etiam in suffumigijs.

Ruta cui magna vis tribuitur morbis magicis, & ab Arist. causa quæritur 20. probl. 24.

Hypericus tantam hebet antypatiam, vt eius suffitu frequenter dæmones recedunt; hinc appellarunt fugam dæmonis cuius seminis 3.1. cum vino bibita contra morbos chronicos febres longas, & quartanas continuata valet; purgato corpore initio accessionis bibat quartanarius 3.4. vini optimi, & 3.1. pul. semin. hyperici, coriand. pparatorum, & millij solis per 4. vices.

Verbena, vel berbena vocatur herba sacra eo quod multum ad amuleta, expiationesque commendaretur, vt Dioseorid. & Plin. scribit magos ex ea febres nullique morbo non mederi; hanc valentes essiccare, & discutere, & discutere, & perfectè corroborare ait gal. 8, simpl. ideo Archigenes, referente Aetio, ipsam capillos fluentes sistere, radicis decoctum dentium dolores sedare; colicis, epylepticis, quotidianarijs, ac quartanarijs prodere, ischiæ succurrere arbritatus est, ac emplastro curat tumores splenis mirè.

Peonia conducit præsertim, dum in capite adest affectio, ac quoque pueris alligata curatione epylepsiæ curat, huius grana 15. suppressionibus nocturnis, vuluæ strangulationibus opitulantur ex Gal. Dioscorid.

Laurum ferre est contra dæmones, ac etiam contra venena, & serpentes manuducendo eius baculum ex Rodrig. lib. 5. c. 7. & Proclus vltimo de magia amplians ait sufficit enim carduus ad subitam alicuius numinis apparitionem, ad custodiam verò laurus, racinum, & squilla quæ vana sunt.

Herbæ paridis semen (quo sæpe vtor) præstantissimum esse medicamen-

tum.

tum contra hos morbos ſcribit Pandect. nec non in morbis chronicis ordinarijs, ità vt quidam ſemiſtulti ſacti pulueris huius 31. hauſta, vſque ad 20. dies ſani fuerunt cui adſtipulatur Mettiol.

Baaras Ioſeph. Hæbreus 8. antiq. c.2.& 7. bell. iudaici. 23. ad dæmoniacos morbos commendat. Mattiolus illam reperit; ego non dum.

Iringi radicem laudant ſimpliciſtæ contra omnes oppilationes, & omnia venena, & ſerpentes ſed Arnaldus, cap. contra dæmon. & malef. ità exagerat ſi quis portauerit. radicem iringi, nunquam inſidias alicuius dæmonis ſuſtinebit, promittente Deo, item ſi ſub veſtibus dæmoniaci ponatur dicta radix, dæmoniacus confitebitur quis eſt, quod eſt, & vndè eſt, & effugiet. at vigorofius ſi benedicetur tamen vſquè dum non ſum expertus: nec huiuſmodi efficaciam huic ſtirpi eſſe conceſſam autumo.

Herbæ bettonicæ tantum gloriæ quidam tribuerunt, vt domus in qua ſata ſit exiſtimetur tuta à piaculis omnibus ſcribebat Vienos, & de Bacchare auctorit. Virgil. in bucol. Bacchare frontem cingite ne vati noceat mala lingua futuro.

De Moly herba Homerus narrat, quod Mercurius contra veneficia Circes Moly herba Vlyſſem muniuit.

Addunt etiam valere lapidem adamantem, calamitem, vt Arnal. Aetitem, Celidonium ex ventre hyrundinum menſe Auguſti extractum, vt hortus ſanitatis, opalum galactitem, ſaphirum, Cathoithrm, ſmaragdum, iaſpidem.

Argentum viuum geſtatum magnifit ab Auctoribus, contra maleficia. de Chryſolito ità Gallus. eſſe phylacterium fixus perhibetur in auro contra nocturnos fortis tutela timores, &c.

Gagatem contra morbos omnes magicos laudant ſere omnes ſcriptores, & à Meſue fit oleum ſacrum hinc iurè ſcribitur: idem dæmonibus contrarius eſſe putatur.

Vincit præſtigius, & carmina dira reſoluit: & hortulus ſanit. cap. 58. de lap. teſtatur, aut ſi per os hominis obſeſſi loquantur fumus eos tacere cogit. & ſubdit dæmonibus, & omnibus maleficijs reſiſtit: Arnald. & Bayruſ. 16.3. ad maleficiatos extollunt arcem picum commeſtam, & ſel coruinum, & oleum ſeſaminum vnctum, tum cor cornicis maſculi marem, & fæminæ vxorem ferre, & ſcribit quandam puluerem hyrundinum, quam non approbo, & Gilbertus mentitur ſi Caprinum in domo tua poſueris à proprietate omnia dæmonia fugere, tum laudatur ſuffimigium ſellis piſcium lauſularum, vel iecoris, & vpupæ cordis, & piſcis callyonimi Tobiæ, vel dentis hominis mortui, vel mirræ, galbani, aſſæ, & de ſulphure pergit Proclus cit. ſed ad præſagium cor talpæ; ad purificationem verò ſulphur, & aqua marina, ergo ſacerdotes per mutuam rerum cognationem, compaſſionemque conducebant in vnum; per repugnantiam expellebant, purificantes cum oportebat ſulphure, atque aſphalto, id eſt bitumine aqua aſpergentes marina, ſic de Medea Ouid.

Terq; ſenem flumma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat. Purificat enim ſulphur quidam propter odoris aiumen, oleum verò ſulphuris quantum in re medica conducit ſciunt experimentatores, & qui fidem rebus chimicis adhibent.

Non recolo latè de lupi pardi, onagri, rubetæ, Cynocephali, aliorumque

animalium remedijs, cum superstitionis non pauca includi videantur: tamen quia particulæ animalium non prohibentur, quin agere valeant indirectè, seu instrumentaliter, nisi superstitiosè administrentur, ideò vt certà raritate materia, ac carminis elegantib delectetur hæc ex Rio transcribo.

Horrendum facinus nimirum, nil tale verentes,
Promeritosuè homines violenta obtrudere morti,
Et spoliare bonis: sed magni rector olympi
Antidotos homines docuit. Nam fortis hyena
Noctiuaga pellem perhibent arcere verenda
Fascina si gestet quispiam, tacitusue reseruet:
Stercora, quæ reijcit violenta, & morte perempta,
Ossaque creduntur magicas depellere fraudes.
Et confert catuli nigri tinxisse cruore
Interiora domus, murosque obducere rubro
Incrustamento, vel fel suspendere ignis.
Lichenes tumidos celeris dromada, & resecare
Conuenit & siccos seruare cubilibus amplis,
Quod strygibus fraudes adimant, & fascina pellant.
Atque oculus dexter mustela includitur auro,
Post teneris digitis aptatus, reddere tutos
Dicitur à diris lamijs strygibusque ligatos.
Creditur à multis torui seruata leonis
Pars cauda prodesse viris, quo fascina vexant:
Fertur quod simili vi polleat vngula pardi,
Et de Cammaleonte ità Villichius
Cammeleontis hepar tostum nicromantica pellit Appensus collo.

Possumus etiam inter phisica connumerare, quòd lauare maleficiatos vrina hominis, vel decocto verbenæ conferat, & nescio an vis aliqua naturalis indirectè inesse possit sanguini mestruo, qui vermina necare solet circundatus agro, & postes inuncta dæmoniacis magorum artibus, & insidijs aditum omnem præcludi, vt iam cecinit de canis nigri cruore hæc, & multa Plin. lib. 28. 8. & 32. 5. quæ non reperiuntur vera, sed omninò falsa.

Curiosus Bennus petijt an gestatio anuli de electro, vt puta stanno plumbo, & mercurio sub coniunctione saturni, & mercurij composito iterumque recomposito sub coniunctione cum ijs aliorum planetarum ? sit licita, cum plerique gerant, contra tot morbos capitis, & in malignos spiritus? Ego quidem non negata virtute aliqua rerum mettallicarum, vt naturalium, (nam argentum viuum mirè volunt valere) neque influentiarum, nulla intercedente murmuratione, si & in quantum admitterem nisi fabricandi modum doceret heu apostata fidei Paracelsus. lib. de compos. Mettal.

Quæ omnia si à perito hac praxi imbuto medico vna con pio exorcista benedicente applicentur eligendo vel simpliciter, pro vt pars vna affecta, &

morbus vnicus indicationem præberet, vel componendo inuicem sicuti partes eadem, & pluræ affectiones demostrarent, vel internè, vt expressa in puluerem redacta, vel clambicata, aut saccharo, vel melle condita, vel in spiritalem substantiam extracta; aut externè ad formam cataplasmatis, emplastri, vnguenti oleiž vel appensa pro amuletis, miras parient operationes ad ad orbis Rectoris gloriam, & cælicolarum, nec non operantis honorem.

CAP. II. De Remedijs Medicis in omnes Magicos morbos in communi, ad quemlibet particularem Perito applicandis.

RAri Medici in huiusmodi morbos, medendi methodum monstrare conati sunt; nimirum cum naturales, defectus naturales; non transnaturæ ordinem indagare voluerunt.

Nos igitur experientia mira moti, piaque vtilitate curationem hanc ad medicum ordinem nunc reducere laborabimus.

Sopponatur; sicuti naturalia posse supradicto modo, vt probauimus, agere in magicos morbos, eo magis valere composita medicamenta, quæ antedæmoniaca nuncupari licet; Quippe cum morbi sint difficiles ad inueniendas eorum essentias, causas, & remedia; seu difficile, etiam est venena curare, nisi adamassum cognoscantur. Ars tamen Medica vniuersale, remedium, mistum pluribus, conferens omnibus speculata est reperire, vt theriaca Andromaci, Mitridatum, alexipharmacum contra venena; composita Magni Ducis, Medicinæ nobilitatis tutoris; antedæmoniacum nostrum? ex qua missione aliquod simplicium ad illud morbi genus directum prodesse possit; hæc etiam à sacerdotibus gentilibus in diuinis laudatur, quod proclus de sacrif. subiungit, miscebant autem plura inuicem, quia videbunt simplicia nonnullam habere numinis proprietatem, non tamen singulatim sufficientem ad numinis illius aduocationem. Sunt igitur vtilia huiusmodi mista, ità vt omnes exorcistæ medicorum piorum consilio, & existentia necessaria iudicent ad curandum praxi ordinaria.

Et quamuis difficillima sit curatio, & parte resistentiæ agentis supernaturalis spiritus; tamen vel ratione recipientis corporis, vel affectæ partis; aut quia Deo placet, vt morbus magicus tollatur isto, vel illo medio ad eorum maiorem pænam, & gloriam suam; his remedijs piè adhibitis multos vidimus ex onoratos, sanitatique restitutos. Itaque nunquam derelinquendi sunt egri sine auxilijs, quod monet Celsus, lib. 2. satius est anceps experiri auxilium, quam nullum, & Gal. 10. meth. 10. sic quanto itaque satius est aliquid non nulla fiducia, vel cum periculo facere, quam spe adempta certò perire, tanto profecto satius est potentibus præsidijs pugnare, quam nil agere. Addo quod cum plerique reperiantur iudicari morbi magici, vel quia non ità realiter sint, verum & ægrorum falsa imaginatione, vt de melanconicis narrantur à scriptoribus, & copiosè à Foreste, lib. 4. obs. in schol. 13. quos sæpe sæpius non medico ordine, sed stratagem mate, seu calliditate curari opus est, vt in posterum dilucidabitur. Vel quoniam in dubium vertitur an sint venefici, vel ordinarij, vt viridissima est in praxi obseruantia, idcirco necessarium dati curationem hanc institutione, quæ si non proderit egregiè,

non solum non nocebit: at morbis quoque medicis maximi esse adiuuaminis, vt de quibusdam retulimus simplicibus,& iam dicemus; huic præposito recitat Ferrerius, 2. met. 11. de homerica curatione, maniacos qui cacodæmonibus obsideri videntur ceremonijs, & idoneijs præsidijs aqua lustrali propinatis plerique curauerunt, ideò Trall.lib.1. noluit nullum remedij genus medico prætermittendum esse quod 9.cap.docet attamen auxiliari oportet,& non desperare,sed victu, medicina,& & omni modo succurrere oportet; tum in 7. lib.13. repetit etenim in pium est talem differere, & prohibere, & quæ ægro ad salutem conferunt. Quare vt ad rem redeamus, nam medicum prolongare sermonem in his quæ nullum iuuamen afferunt medicationi superfluum esse reliquit Gal. 1. acut. c. 3. cum finis medicæ artis curatio sit non eloquentia, & vt ait Celsus, lib.2. remedijs sanari morbos, & Hipp. lib. de arte; bonus namque medicis, & operibus iucundius quia ex sermonibus ostendit, vt potè qui docendo non magnopere exercitatus, multitudini fidem sinceriorem ex ijs, quæ videat, quia quæ audiat facere malit.

CAP. V. *De Scopo curatiuo, vel Dietico instrumento.*

SCopum ergo curatiuum dirigamus ad effectum ipsum, qui curari desideratur; hic cum sit magicus morbus negat sanitatem, vnde indicatio resultat illum auferendi, ac sanitatem ponendi, & quoniam morbus omnis expelli non potest causa existente à qua dependet, idcirco dirigendus est scopus ad causam, quæ vel est materialis spiritalibus subiectiua, & sic resurgit indicatio euellendi subiectum, & simul spiritalibus sacris diuinisque rebus oppugnandum; vel est tantum venefica naturalis. Verum cum vt plurimum causa hæc soleat esse naturalis ideò naturalibus medijs, & spiritalibus propugnandum: Media igitur natura administranda sunt à parte indicantium,quæ sunt præternaturalis constitutio, & naturalis; His ergo instrumenta medica terminoque cum sint tria dicta, chyrugia, & pharmacia, dieta cum existimetur nobilior in omnibus morbis docente, Gal. de remed. p. facil. 10. primus, ac præcipuus scopus in omni ægritudine est ex acta victus ratio, quæ cum consistat in sex rebus non naturalibus incipiemus ab aere.

Sed antequam ad regimem manus imponatur,intimum perficiendum est examen; an maleficium sit externè fabricatum, & abstrusum, an internè propinatum,ac vtrumque potestatiuè, vel existentia dæmonis. Quare illud perquirendum est, vel vt figuratum, vel vt aggregatum, aut separatum rebus illis cap. de causis descriptis, inspici iubeas domus cellarijque angulos, limina ianuæ infra cardinem, captus, festinia, culcitras, puluinos, & puluinulos, sacculos vestes, aliaque secretiora loca, hoc enim reperto, rrtèue esto nil ræmaneret curæ; nisi præseruatiuæ; attamen aduerso tartareus magas, non solum externis meleficis instrumentis,hinc interna curatio semper exercenda est; celebratis ergo prius sacramentis de quibus in cap.de cur.diuin.

Aerem ponderamus, sine quo nec morbus tolli nec teneri sanitas potest. 3. met. 8. in morbis magicis dupliciter consideratur, vel ratione morbi, vel ratione subiecti affecti; ratione morbi venefici sæpe debet esse subtilis, clarus, luminosus, & benedictus (vmbra enim humectat, cum

det magis, quia accipiat ex. 2. de dicta 20.) in quo sint accensi ignes ex roremarino, cupresso, abrotano, pino, iunipero, lauro oleis, mirto, hyperico, ruta, vnitim cum quercinis lignis; in quorum carbonibus sint olentia ex ligno aloes, belzuino, laudano, stirace, thure, myrrha, vel componatur pastillus. ℞. thuris stiracis calam. Karabæ calami ar. belzuini laudani astrologiæ rot. semin rutæ hyperici añ 31. ambræ can. balsami an. p. vi. cum gummo gragag. dissol. in aceto, f. pastilli pro igne tempore, morboque frigido proficuo. nam si morbus est dæmonis præsentia aer iste ratione contrarietatis oppugnat, cum ille sit luci fugus, tenebrosus, & maleolens, sin autem ex applicatione rerum venenosarum, talis etiam requiritur tamquam spirituosum alexipharmacum, ac ità confert ratione subiecti affecti, cum odore recreetur, & refocillatoria nutritione spiritus vitales vigorosius bello, & succo melanconico resistunt, vt plurimum horum morborum causæ.

Cur verò sulphure, pice, assafetida, & his similibus maleolentibus, vti solent exorcistæ?

Id non fit ratione subtiliandi aerem tantum, sed ad despectum dæmonum, ob rapresentationem pænarum memoriam, vel quoniam sua penetratione purificat humorem melanconicom, vel quia à Deo optimo sub his suppositi sint, & volunt quod terrei aquei. & lucifugi dæmones fætidis non admodum molestari, quæ solent odio habere aerei.

De suffumigijs fætidis (vel immodicè oporatis) Noto non ità incautè torquendos esse miseros ægrotantes, putantes nocumentum inferre dæmoniorum existentiæ, cum periculum ducant frigidam inspirationem vitæ nenessariam interdicendi, aut corpus ad maiores vexationes disponendi, humores agitando, caput implendo, variosque morbos causando; iure igitur corporibus plenis malis succis dispositis ad caducum morbum, vt Valles. de 5. Philos. pag. 219. & mulieribus propter vterinas affectiones prohibentur, purgatis verò humoribus, & obsessis magis, puam maleficiatis non interdicuntur. Ac communi vtilitati liceat mihi pastillos Aetij serm. 13. cap. 119. hic transcribere Seminis viticis, melanthij, cornu cerui, samsuci baccarum lauri, absinthij, sulphuris viui, bituminis iudaici, saluiæ, radicis cyclaminis artemisiæ, origani, rutæ siluestris, cumini, castorij, lupidis gagatæ; anisi, conyræ, rosmarini, buccinorum vstorum, resinæ singulorum vnciam vnam, cedriæ sextantem, picis rachynthiæ libram vnam. Omnia confusa ac cribrata, cedria, resina ac pice excipito, in pastillosque redigito ac vtitor. Facit ad anginam, potum, & suffitum ità vt hiante ore æger vaporem hauriat. Ad omnem verò vigiliarum speciem vino liquefactum fronti illinito, atque ipsi forinsecus naso: quin & intrinsecus nares sublimito, & super prunas proiectum suffito, & somnum ægro conciliabit, facit & ad nares sordidum, & fætidum natium vulcus, ipsis naribus ex eo illitis cum aceto; funat animalia venenata, & calices sufficit, & vt quidam tradunt etiam immundos spiritus arcet, hæc & Aet. extat pomum nostrum descriptum.

Aestate verò, & morbo calido aer procuretur frigidus, odoratisq; similibus, sandalis rosis, violis, narcissis, matris siluæ borraginibus, aquis vel acetis beneolentibus, & manuteneri potest hoc pomum. ℞. fl. viol. matris siluæ borrag. citrangul. rosf. hypericonis cort. citri ann. 32. sandal. omnium maceris

ann.

ann.ʒ ÷ canforæ ʒ ÷ gummi arab. & dragag. dissol.in acet.rof.q.s. f. pomum secundum artem. Euitentur venti austrini, cælum nubilosum, nocturnum, puluerosum, ac si possibile esset mutare non solum solium, seu domum, vbi contracta est ægritudo: sed Ciuitatem, vel oppidum perutile putamus; Situs verò sit orientalis, neque nimis perlucidus ob spirituum dissipationem: neq; obscurus varijsque figuris depictus ne incutiatur ex imaginatione timor, vt multi obseruantur.

Secundo nō offeretur cibus, qui dicitur crassum, ac robustū alimentū, quod naturalem habet aptitudinem, vt conuertatur, & alteratur à cibato, ità vt sit cum eo idem specie: vnde cum à creatore sit ordinatus ad conseruandum animalium vitam, quæ cum consistat in calido, & humido, tendere ad caliditatem, & humiditatem iure asserendum est, & accipitur in lib. de sal.dieta; quod cibus sit optimus, qui calidus, & humidus sit temperatè, mollis actu, vel potentia & pinguis, vel dulcis, ità vt perfectè concoquatur in instrumentis coctioni seruientibus, facilè penetrat ad omnia membra nutrienda, & citò in eorum conuertatur naturam, & eis assimiletur, & in lib. de med.purg. nu. 1. pag. 41. docemur sinceros, & acidos cibos siquis citra delectum, ac inconsideratè exhibeat, nihil commodi proficient, & in lib. de vet. med.nu. 27. ex cibis quicunque nobis incommodi sunt, & ingressi hominem lædunt; horum vnusquisque aut amarus est, & meracus, ac intemperatus, aut salsus, aut acidus, aut alius quis intemperatus, & fortis: & propterea turbamur ab ipsis, sicut etiam ab his, quæ & corpore excernuntur, soluit Hipp. tres ciborum differentias numerare, queadmodum alimenti species sunt tres, potus scilicet, sorbitio, & cibus, sic cibus tres habet suas differentias, vt puta cibus potabilis; velut aqua carnis, cibus sorbilis, veluti carnis contusum, ac tandem cibus crassus, vt caro non contusa: primus est leuis, tertius est grauis secundus medium tenet locum. At ad rem redeamus; cibus in nostro casu talis debet esse qualem requirit morbi occasio, virtus, & ægri consuetudo, tempus morbi, & anni; in magicis tamen morbis, non contraindicante virium robure, initio cibus laudatur paucus; hinc ieiunium animæ, & corpori prodest, non pura enim corpora quanto magis nutris tanto magis lædis. 2. aph.

Inter cibum primum locum possidet panis, familiarior ad nostri corporis fluxibilitatem reparandam, in his morbis præponitur albus benecoctus, cum sit permeabilis, nec flatuosus, tum optimum esset ex supradictorum lignorum igne cum coquere, & farinæ frumenti flore, & aqua perfecta; alij enim panes, & alijs farinis compositi alio liquore non dicuntur veri panes, sed cum adiecto, panis igitur est verè alimentum, quod à summo Patre pro quotidiana esca exoramus, ideo scribitur, & panis cor hominis confirmet, nam sicut vinum reparat spirituosas partes nostri corporis, ità panis solidas, offerendus, ergo in his morbis panis modestè fermentatus, & con pauco sale prius benedicto, ad prohibendam humoris salsedinem, & in capite grauedinem ex. 2. de compos. med. 18.

Sed ex oppugnatio, & 2. leuitici omnes oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet, & paulo infra, quidquid obtuleris sacrificij sale condies, vnde cum huius morbi curatio sit diuina, Dei iussa sectari tenemur. Equidem quo ad primam partem, quia nimium fermentum ob sui acetositatem

tatem cerebro, & oculis nocet concedendus potius, cum pauco fermento, secunda verò ex iam dictis hic militari nequit.

Soluendum, ergo cum Valles. debere nos vti in sanandis morbis multo sale, & nullo fermento, cum textus alloquatur allegoricè. Sal. enim est symbolum prudentiæ, integritatis, seu incorruptionis, nam siccando incorrupta seruat; fermentum verò sola farina fit, idcirco cito sine sale corrumpitur; estque symbolum corruptionis, seu peccati quod abesse oportet, vt morbi curentur.

Quo circa morbo existente calido, furioso, & cum febre panis confert aliquantulum fermentatus cum pauco sale, morbus verò frigidus, & chronicus panem indicat non fermentatum, & cum sale, dummodo non adsit grauis capitis dolor, ideoque exorcistæ vtuntur neuolis dictis facta semper prius benedictione in omnibus edulijs, & potibus, euitetur nimis calidus, vel antiquus, & placentulæ sub cineribus coctæ.

Vt noscantur in hoc morbo ciborum quorundam qualitates conferentes adducam dicta hipp. lib. de morbo sacro. 4. agens de Magorum, & Circulatorum curatione refert, curationem constituerunt sibi ipsis securam, expiamenta offerentes, & incantamenta, & à balneis abstinere iubentes, & à cibis multis, ac ineptis ad hominum ægrotorum esum, veluti ex marinis quidem à mulo, & melanuro, mugilique, ac anguilla, hi enim pisces periculosissimi esu sunt; ex carnibus veró à caprina, ceruina, suilla, ac canina, hæ enim carnes maximè aluum turbant; ex volucribus autem à gallo, & turture, ac otide, insuperque ab his quæ robustissimæ esse censentur; ex oleribus à mentha, alio accepa, nihil enim acre infirmo conducit. Pallium præterea nigrum habendum non esse præcepere: niger enim color mortalis est: neque caprina pelle decūbendum esse, neque eandem gestare oportere, neque pedem supra pedem habendum esse: neque manum supra manum hæc enim omnia curationis impedimenta esse. Valles. verò lib. de sac. phil. cap. 28. ità explicat. à balneis suspicor circulatores illos arcere solitos ægrotantes, quo sublata maxima, ac notissima talium morborum curatione maior expiationibus auctoritas accederet. Nimirum melancholici morbi, quales sunt plerumque quos dæmoncier, nullo auxilio magis, quam balneo curari solent; atque eo magis quam vllo alio medici vtuntur. Tollebant, ergo hoc, vt viderentur tollere totam curationem naturalem. Cibos illos omnes interdici ægrotis idoneum erat ob ipsos morbos, quandoquidem ob crassitiem aut melancholicum substantiæ modum, aut acrimoniam erant noxij. imponebant enim illi hac in re vulgo id quod erat naturale ad diuinam causam referentes: nigro indui pallio: ad melancholicas passiones non est vtile: manum habere supra manum, aut pedem supra otiosi, & cogitabundi est, quod etiam melancolicis obest: indui pelle caprina, aut in ea decumbere, proprietate quadam esse noxium epilepticis Trallianus, cap. proprio tradidit, at redeamus.

Euitandæ igitur dictæ carnes, & bubulæ, ex ouinæ omniumque animalium siluestrium quatrupedum, omnique bipedum, præter turdum turturem, ficetulam, alaudam, tum auempictum, & accipitrem valentia à proprietate ex Rab. Moise cit. à M. Graddo. c. de trem. cordis. qui in 22. aph. ità sic carnes pullorum accipitris, & noctuæ sunt saporis boni, quia corroborant ani-

mam, & conferunt melanconiæ, ac subdit quidam est mihi conquestus de dolore, & tremore cordis, sine causa manifesta, & feci eum vti carnibus accipitris in succo maioranæ decoctis, & vino albo, & liberatus fuit. Caro, vt plurimum sit hædina (quæ valet ad obsessi etiam cogitationem, vt diximus) tum agnina, aut vitulina annicula, aut iuuenes castrati; viribus autem debilibus conceditur pullus, capo, starna, & coquendi modus sit potius elixus, quã assus, euitentur omnia pinguia nimis; cunctaque lacticinia, tum salita, & acria, omniaque genera leguminum præter far. cunctaque oleaginosa.

Neque neganda sunt oua, non tosta, nec quæ in sartagine parantur, nec sub cinere coquuntur: sed sorbilia recentia, & in aqua tremula dicta: exactissimè enim nutriunt, vt Gal. de pot. aliment. cap. 21.

Inter pisces conceduntur saxatiles, & qui capiuntur in torrentis, non in lacubus, vel palustribus, mareque sordido; apud nos sunt truttæ varij, scami, cancri, gambari. Ad morem verò gerendum grato appetitui, multa, etiam si videantur extra rationem medicam condonamus docti à Gal. 2. aph 38. non id in gratiam solum ægrotantis, sed ad maiorem quoque eius vtilitatem facere medicum oportet; nam quæ libenter, & magna cum voluptate assumimus, ea arctius complectitur, omnique ex parte oppressus concludit; & retinet ventriculus, atque multo facilius concoquit; insuauia verò, & ingrata respuit.

Sunt enim pisces marini propter horum suauitatem omnibus optati; idcirco Medicus non debet in parua quantitate esse auarus ad concedendum, præsertim dum febris absit.

Inter olera sint inimica betæ, caules, lactucæ, spinacchię seu atriplices, cichoreæ, & cetera huiusmodi, laudatur borrago, endiuia, buglossum, & purgato corpore, in prandio feniculum, apium, petroselinum, anetum, lupulos, asparagos, non prohibemus; euitentur bulbi omnes terræ, vt tubera, cæpæ, & allei omniaque genera fungorum.

Fructuum genera non sunt indicata à morbo, cum ex lib. de affect. 15. constent crassæ flatuosęque substantiæ, ac corruptibilis, ideò non concedenda admittimus lazarolum, fragham vino dilutam, & poma, & pira sub cineribus cocta, & mala punica, & medica, & vuas passas; cappares, & oleas conditas, cum garyofilo, fructus sint coriandri præparati, vel gariofilli conditi: ipse verò extollo hanc tabellam, ℞. seminis hyperic. peoniæ, herbæ paris, semin. papaueris albi, specierum diambræ ann. 31. semin. quatuor communium 31. zucch. dissol. in aqua betton. & flor. citrangul. q. 5. m. f. elec. siccine enim somnus conciliatur, spiritus clare fiunt, membraque nobilia corroborantur. Cum cibo it potus, interque potum nobilius vinum: hinc cap. 9. Iud. numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum, & homines; his igitur morbis tristibus optimum est. Sed vtendum regola breui, quam docet Ecclesi. 31. exultatio animæ, & corporis vinum moderate potatum, & sanitas est animæ, & corporis sobrius potus, de hoc iucũde agebam in petra. 2. c. 9. de reg. casui nostro confert album, cos, limphatum aqua lustrali, vel si caput sit affectum aqua bettonicæ, vel hypericon. Si cor, aqua cordiali, si stomacus mellissæ, rorismarini, si artus, iuæ, verbenæ qui vinum non bibit præponatur aqua fontis puri, vel aqua cocta cum aliqua ex iam

dictis

dictis herbis, vel aqua saſſifraſſi, vel chinæ, vel ſalſæ.

Tertio motus, & exercitium ſuperfluum non iuuat, modeſtè tamen vtendum. Hipp. enim, lib. de dieta ſcripſit homo edens ſanus eſſe non poteſt, niſi etiam laboret; labores enim ea quæ inſunt conſumere ſolent; cibi autem, & potus ea quæ euacuata ſunt explent; & 3. de dieta, 7. docuit antequam ægrotent ſit cognitio, quòd corpora perpatiantur, vtrum cibus ſuperat labores: aut labores cibos, aut moderatè inter ſe habeant, vtrum enim tandem ſuperatur; morbi fiunt, ab æqualitate autem inter ipſa mutua ſanitas adeſt, & de exercitationum differentijs, & modo bellè egit. 2. de dieta à num. 24. pag.48. vbi habet ſegnicies, ac ocium humectat, & corpus debile facit, anima enim quieſcens humiditatem è corpore non conſumit: labor prędiccat, & corpus robuſtum facit, &c. ſæpe corpus antè cænam leuibus frictionibus, tum ventoſis tractandum; nimis locutio penitus interdicatur, cũ viris loquacibus.

Quarto Vigiliæ ſunt, dum excedunt pernicioſæ, & aliquando totam ad ſe trahunt curationem; huic morbo vt plurimum ſunt comites; idcirco toto ſtudio procurandus eſt ſomnus temperatè ſomniferis, & cibis, & medicamentis, ſaltem non dormit æger, quieſcat; ſed cum aſſiſtentia alicuius viri dum, vt plurimum in ſomnis malè affici ſoleat.

Quinto animi paſſiones, omni arte attemperari ſtudendum; de quibus tractaui in pet. med. ità Eccleſ. c. 30. monet multos occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in illa, zelus, & iracundia minuunt dies, & ante tempus ſenectam adducet cogitatus, ex quibus infertur priora verba pertinere ad morborum cauſas, poſteriora zelus, &c. ad tuendam valetudinem, vt Valleſ. cap. 72. de 5. phil.

Neque dicas quòd potius homines, puſillanimi, gaudio moriuntur, quam triſtitia, vt Gal. 1. de ſympt. cauſ. Nam verum eſt, quòd mors in gaudio eſt minoris temporis; in triſtitia lomgioris, ideo cap. 25. aſſimilans Eccl. ſcripſit ſicut tinea veſtimenta, & vermis ligna, ità triſtitia viri nocet cordi, & 17 prouerb. repetitur ſpiritus triſtis exſiccat oſſa, ac ſubdit animus gaudens ætatem floridam facit, & cap. 38 ne dederis in triſtitia cor tuum, ſed repelle eam à te; & memento nouiſſimorum.

Neque enim lachrymis defunctum vita maritum, vel vxorem, vel Patrem, aut Matrem, amicum ſuſcitabis, neque filium, neque amiſſam inuenies pecuniam, neque incendio conſumptam reficies domum. Neque enim eſt conuerſio (à morte, ſ3. ad vitam) & huic nihil proderis, mortuo, ſ3. & te ipſum peſsimabis.

Seſto repletio fugienda eſt cum ſit omnium ferè morborum cauſa excitans, & conſeruans, & fusè Hipp. lib. 3. de dieta à nu. 9. vſque ad 15. differentias, ſigna, curationes, memoria tenendo ab omnibus tractauit, in magicis morbis eſt cauſa vexans; ieiunium laudatur, & medicè, & ſpiritaliter, & ſit doctrina compendioſa ſententia Eccleſ. 31. & ſi coactus fueris in edendo multum, ſurge è medio, & vome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem, audi me fili, & ne ſpernas me, & paulo ante, vigilia, & cholera, & tortura viro infrunito accidet; ſomnus autem ſanitatis.

Inanitiones, ſeù excrementorum expulſiones per ſolita loca procurandæ; quod ſi natura ſit tarda, & ſopita ad excernendum medicis inſtrumentis, &

auxilijs stimuletur in corporibus enim puris nec vermes gigni, nec spiritus malignos manere fertur.

CAP. VI. De Chyrugico instrumento.

EXplanato breuiter in communi, ac vt plurimum contigit dietetico instrumento; pro vario morborum, & virtutis esse variando, transeundum ad chyrugicum; sub quo cum frequentius, & vtilius consideretur sanguinis missio, examinandum an his morbis conueniat; quare.

Notandum multos plura protulere de venæ sectionis indicante. Sunt primo, qui communiter confisi in 4. vict. acut. 19. vbi scribitur in acutis sanguinem detrahes si morbus vehemens fuerit, vigeat ægrotantis ætas, & adsit virium robur; quod Gal. 4. met. 6. confirmauit, cum morbus sit magnus, vel essentialiter, vel localiter, vel cacoethicè semper phlebotomiam indicare, sustinent. Quæ opinio sic pura intellecta, inadequata est, & difficultatem inuoluit. Primum quia magnitudo morbi aufertur remediorum simili proportione, quæ cum duo numerantur genera, vt puta sanguinis missio, & purgatio, ideo non adæquatur vno indicato: at medicum facit circumspectum an debeat vti phlebotomia, an pharmacia, sicuti in morbis magnis à bile excitatis statim purgandum nec prius phlebotomandum, vt sæpe docet Gal. Ædequatum igitur, & principale indicans materiæ indicatæ, .s.l. sanguinis missionis, est plenitudo, vel quo ad vires, vasaue, vel mista; vel vniuersalis, vt puta, vniuerso corpore scatente succis; vel particularis, aliqua redundante particula, vt à Gal. lib. de mult. & de sang. miss. accipitur.

Inadequatum verò reduci possumus ad triplex ad motum v. d. sanguinis, vel præsentem vel imminentem, sub quo includuntur inflammationes, dolores, sanguinis commotio ex casu, &c. vndè dicitur sanguinis missio diuersiua, vel euentatiua, vel minoratiua; ità Gal. cit. 4. met. citra plethoram sanguinem mittit; secundo ad cachochimiam crudam sanguini mistam, per venæ enim sectionem minuitur, & corrigitur humor; & cit. 4. acut. docuit. Nos autem non existente plethora venam secamus, cum dolor vemhemens hominem statim prehenderit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel os ex loco pulsum sit, &c. Tertium ad calorem, cum per istâ rifrigerentur; hoc statuit p. aph. 23. in ardentissimis febribus sanguis emittatur, vsque ad animi deliquium.

Sapida Fit dicta opinio sententia Galeni, lib. de sang. miss. ità non quamcumque mòrbi magnitudinem sanguinis missione curandam esse; sed prius diligenter indagandum, an conducat sanguinis detractio, an expurgatio, & subdit vnde qui sine discrimine in omni morbo, constanti facultate sanguinem demere student, artem medicam produnt.

His perlibatis dicamus, in magicis morbis, cum ex supradictis aliqua representaretur indicatio secare venam salubre erit; quæ facienda est cum præmeditatione; ne morbus excitatus sit ab applicatione frigidorum venenorum, aut ipsemet frigidus; vel æstuaret in sthomaco bilis, vel hic aut prime venæ crudis succis grauidæ essent, vel explicata aliqua euacuatio, tum virtus contra indicaret debilis, aut anni temporis extrema qualitas (vel morbi

periodus) præsertim calida, & ficca in qua apertè etiam si morbus fuerit magnus, Galenus 4. aut. 19. interdicit venam secare.

Vena quæ in his morbis Tundenda venit congruens est communis sinistri bracchij tum splenetica in manu, præsertim si certior sis factus prædominari spiritus terrestres: in aereis autem secanda prius vena dextri bracchij hepatica: deinde cephalica, in cęteris cautius procedendum; at intuendum principaliter dominium materiæ peccantis.

Causa materialis magicorum morborum interna, quia vt plurimum ponitur humor melanconicus, vel naturalis, vel assatus, cuius sedes ab omnibus Anotomicis destinata sit in splene, quo repleto, atrum illum succum consueuit natura expellere ad ani venas sangui fluas seu mauis appellare hæmorrhoidales, quibus suppressis insanos morbos ante nos obseruauit, Gal. 6. epid. com. S. T. 25. dum belle scribit morbum sanè melanconiam .i. atram bilem vocatum per sanguifluas venas leuari euidenter constat, multosque clausis illis insanuisse animaduertimus, quosdam verò non solum semel, aut bis, sed ter, & quater simul atque sanguiflua vena supressa sit in atram bilem incidisse, non nullos verò, & singulis annis hoc vitio tentari solitos, nisi aut per venas hasce præsidio prius senserint; aut atra bile medicamento purgata malum anteuerterint. Idcirco esse perutile sanguinem trahere per has venas experti sumus: inspecto tamen veneficiati temperamento talem succum acacumulante. Re enim verà maximo etiam factæ melanconiæ remedio; vt Gal. 4. aph. 25. & futuræ impedimento est hæmorrhois, tum 6. aph. 11. docuit, non vacuationis ratione solum, sed ipsa etiam humoris vacuandi qualitate eiusmodi affectus hæmorrhoides sanant, hæ enim crassum sanguinem profundere solent humoris melanconici plenum, talem in sanguine vim obtinentis qualem in vinis fex habet, quare nihil mirum, & melanconiam, & nephritim (vel vertes phrenitim) per hæmorrhoidas curari, vt potè, quæ sanguinis veluti fæcem vacuare soleant, & de his Hipp. 6. de mor. vulg. 3. 37. sanguifluis venis laborantes, neque morbo laterali, neque pulmonario, neque phagædena, neque inflamatiunculis, quæ cothienes vocantur, neque ijs quæ therminthi, l. cicera, fortasse verò neque lepris, fortasse, neque alfis. Ex quibus non solum hoc præsidij genus in consuetis laudatur, verum etiam in melanconicis tali euacuatione vnquam abusis, præcipuè post vniuersalem euacuationem.

Quòd si mihi obicias huiusmodi euacuationem minimè proficuam esse, cum non euacuet sanguinem illum crassum sed suptilem doctus à Gal. lib. de hirundinibus docente; sciendum autem hirundines non eum qui in profundo est sanguinem allicere; sed eum qui carni adiacet exugere, vtimur verò ijs pro cucurbitulis.

Respondebit ea antiqua obseruatio, quæ erat per corpus hirundines affigere, cucurbitularum loco, ad suscitandū sanguinem euacuandum; cum nondum mihi constet in huiusmodi venarum osculis eas appendisse, vt mos noster est, & in praxi obseruandum in prouocandis hæmorrhoidibus nullum aut obscurum adiutorium melanconico spleni à chyrugicis afferri, dum venas quæ ad animusculos externos terminantur aperiunt, hæ enim ortum ducunt à vena caua ex ramo hypogastrico, appellanturque plenitudinis depletrices.

In-

Inueniendæ, ergo sunt diligenti manu venæ illæ internæ dependentes à vena porta per ramum spleneticum dictæ cacochimiæ correctrices, ad hoc vt directè affectibus melanconicis auxilium detur, hinc colligitur via pronosticationis ratione signi non esse simpliciter bonum sanguinem atrum fluere ex venis externis ani, cum hepatis noxam indicet, à splene non expurgati, quando verò sanguis ille exit. ab internis non est malum, immò cum afferat tolerantiam, & conferentiam fatendum bonum.

Petis alterum, operantur ne optimè pratticidum in febribus continuis tres post dies à purgatione deueniunt ad has hæmorrhoidales euacuationes? moti quia his sanguinis fex crassa educitur, sic quommodo corrigitur, perficiturq; sine virium iactura?

Responsionem, & documentum accipio à Gal. 4. aph. 25. vlt. ibi alioqui temerè non est vacuationi per hæmorrhoidas assuefacienda natura: quippe quæ vtrumque periculosum excessum habeat, & cum vltra modum sanguis excernitur, & cum ex toto sistitur, timet enim Gal. ne eas venas aperiendo excitetur hæmorrhogia, vt sæpe contigit, quæ postea si supprimatur, dicta supra symptomata, & affectiones causare solet, ideò Paulus, lib. 3. c. 59. laboriosam curationem vocauit cautè idcircò, & ex indicantibus consuetudine, neccessitateuè simpliciter, nec propter vsum, & praxim tantum iubenda est huiusmodi hirundinum affissio, nec minime fidendum euacuationem hanc non resoluere posse vires: cum nobis adeò, casus virium ex nimis sanguinis profusione in febribus cōtinuis apertis præsertim externis venis visus, vt mors subsecuta sit, Hipp. lib. 1. prædic. num. 18. videtur nos docere signa quando imperandæ sunt hirundines in illis venis; lumbis dolentibus, oris ventriculi dolores accedentes signa hæmorrhoidum fluxionis futuræ sunt. Arbritor. autem, & hos prægressæ hæmorrhoidum eruptionis signum esse. Tu adde cum lib. 1. med. met. c. 20. Actuarij vbi præter redundantiam succi melanconici, vt causæ internæ, adiungit externas, vt qui solita exercitia omiserunt; aut pleniore victu vti cæperunt, quam ante; vel quibus consuetæ è nare, vel vtero excretiones supprimuntur, aut quibus mos erat sanguinem per aliquem locum euacuare, signum verò oculare est, quia capita venarum superemineut, & in internam intestini recti partem velut vuæ acini lucidæ apparent; cæcæ dolorem vehementiorem excitant ex Oribasio 9. compen. c. 42.

Maximi quoque adiuuaminis censentur esse ventosæ non scarificatæ, vel incisæ, provt indicauerit affectio, & temperamentum; nec non frictiones; Nempè, cum in hoc morbo res naturales, & præter naturales prędominentur, eas vim habere discutiendi, euentandi, euaporandi experientia, & ipsa rei ratio demostrant, aut certè conferunt ad flatuosas materias diminuendas quibus vtuntur dæmones ad naturaliter affligendum, hinc Gal. 12. met. vlt. decisit, dolor qui spiritum flatuosum comitatur propriam, quandam curationem sortitus est, ex cucurbita cum flamma copiosa multoties admota: videbiturque tibi præsidium hoc in huiusmodi malis incantamenti cuiusquam simile quid efficere; siue hi in intestinis, siue in quauis corporis particula sint excitati, illico enim cucurbitula admota qui spiritu flatuoso cruciantur, tum à dolore liberi, tum omninò sani redduntur, lib. verò de cucurb. has narrat

vtilitates, cucurbitula potest materiam euacuare, dolorem soluere, flegmorem minuere, inflationem discutere, appetentiam reuocare, imbecillum ventriculum robustum efficere, animi deliquio liberare, ex alto fluxiones transferre, ac reficcare, sanguinis fluxiones coibere, facultates mensium corruptrices extare, & menses leuare.

Quòd si ipse commendat post vniuersalem euacuationem intellexit de scarificatis, ac ratione euacuandi, non reuellendi.

Frictiones ante cænam sunt celebrandæ, ad hoc vt per poros natiuus calor ad eas vaporosas materias expellendas insurgat.

Instrumenta verò omnia medica antequam in praxim ponantur, pium, & magicis proficuum est sacerdotali benedictione benedicere.

De Cauteriјs.

QVoniam agitur de pertinaci morbo curando cui sæpe non sufficit dieta medicamenta, multa; aliaque instrumenta chyrugica, ideò ne quid ommittatur confugiendum etiam est ad ignem, tamquam vltimum remedium decantatum ab Hipp. 7. aph. vlt. & quidem in nostro casu conuenire suadet ratio phisica, & moralis, hæc, quia cum ignis sit instrumentum diuinæ iustitiȩ in dȩmones, & reprobos, huius representatione excitatur magnarũ pænarum memoria: vnde Iob. 20. deuorabit eum ignis qui non succenditur; siccinè consusi miserundum corpus obsessi, vel veneficiati vexare fortasse cessarent, tum cum significetur vniuersale iudicium in psal. 49. ignis in conspectu eius exarsit, cuius memoria dæmonibus molesta forsan aufugiunt, sicuti enim fætida multa administrant exorcistæ, eó magis, & ignis, at vtinam Deus mittat ignem in ossibus meis, vt hos morbos expellendi curandique modum indicare potis sim.

Accedit ratio medica imperans; cauteria administrare deberi in morbis à continua humorem congestione ortum ducentibus; cum enim morbi isti sint vt plurimum (vt diximus) compositi ex naturalibus, & spiritalibus causis, naturalesque, vt media soleant esse humores vel flatus mouendi, congerendique à mouente tartareo, ideò ad eos deriuandos, aut reuellendos, euacuantibus administratis salutare videtur cauterium, dixi euacuantia administrata; nam si fieret impuro corpore; periculum immineret, ne eam humorum farraginem ad partem vstam tanquam debiliorem deponeret natura, aut forzan coacta ratione doloris, quæ oppressa impotens concoquere, & expellere, vel morbus produceretur, vel cacoethica gignerentur vlcera.

Quæ verò sit pars cauterizanda; id medicus accipiat à parte affecta pro vt velit reuellere, intercipere, deriuare, vel corroborare. Antiqui enim non solum vrebant partes oppositas, vel ex eodem diametro prout earum consensus videbatur, verum ipsæmet affectæ partes, vt hepar, sthomacum, vesicam, abdomen, caput, pectus vterum, &c. præsertim quando sunt affectæ per essentiam, quæ vstio non erat longo tempore tenenda; at iudicio medico peracto, ut eæ partes viderentur humoribus ex purgatæ, tunc consolidandæ, cur verò hodie aboleuit usus doctissimè refert Santorellus hoc cap. in antepraxi.

Nos

Nos igitur colligamus hanc uſtionem in huiuſmodi morbis pertinacibus non ſolum perutilem eſſe, ſed neceſſariam, cæteris prius adhibitis remedijs igne nouo, & ferro benedicto, aſsiſtente pio exorciſta orante, & increpante, cauterium in ea parte à docto medico iudicata imponere; adducerem plures hiſtorias ni longior; ſat ſit obſeruaſſe nequitiarum principi hunc cauterizandi modum nimis diſplacere; ità ut uidetur eſſe curatiuum, & præſeruatiuum inſtrumentum.

CAP. VII. De Praxi Pharmacetica.

VIſo pro coronide dietico, & chyrugico inſtrumento prout nobis uiſum eſt ad utilitatem communem poſſe conferre, remanet ut pharmacia morbum magicum medico ordine tentemus expellere: Pharmaciæ nomen quamuis tantum oſtendit inuoluere omne genus euacuationum. Ad hanc tamen, tum externa, tum interna alia remedia reducuntur; quæ cuncta cum ad methodum noſtram medendi neceſſaria repreſententur, breuiter ea perlibare conabimur.

Offertur primo uomitio, ut frequentior in morbis magicis, præſertim ab aſſumpto veneno cauſatis, ac inferiorum partium affectionibus primatum obtinens; quam Auicen. 4. p. cap. 15. extollit, euacuat phlegma, & choleram, mundificat ſthomacum, capitis grauitatem remouet; faſtidium aufert, laſsitudini confert, eſt medicamentum malitiæ caloris, atque ab euentu morborum chronicorum præſeruat, nihilominus incautè, & frequenter adhibitus ſolet eſſe cauſa excitandi multa ſymptomata, quòd idem Auic. cit. cum Celio Aureliano, lib. 5. c. 2. admonuit, quippè eius frequentia, & aſsiduus vſus ſthomaco nocet, & ipſum debilitat, ſurditatem inducit, viſui, pectori, & antiquis capitis doloribus obeſt.

Conſideranda primo eſt natura corporis maleficio imbuti, ſit ne ad tabem inclinata? vt exponit, Gal. 4. aph. 4. an numquam vomuit vel vomet? in his enim periculum imminet, ne aliqua vena frangatur, an habeat pectus anguſtum, graciliaque hippocundria? & Codronchus, cap. proprio, auct. Gal. lib. de humor. 1. ſubdit, inſuper cum ventriculus infirmus eſt, & totius corporis in ſe excipit redundantias vomitus vitandus eſt in ſanguinis reiectione, vteri ſtrangulationibus, nauſeabundis naturis, & ijs qui ſuffocatione vexantur, & qui ex qualibet occaſione capitis dolore affliguntur, qui ſuffuſionem ſuſpectum habent, & omnibus oculorum affectibus, nec non ijs qui in primis venis copiam crudorum humorum habent, vomitus ſunt noxij.

In ordinarijs medendi cancellis dictas regulas ad vnguem obſeruandas eſſe nemo doctus negat; in morbis verò traſnaturæ ordinem largius à nobis exercentur ponamus enim Martam inſciam magicum venenum ſub placenta commediſſe, ac nauſebundam factam, & ſtrangulantem cum capitis oculorumque dolore interdiceretur ne vomitus? Tyranni non auxiliaris medici eſſet officium, vomitum, qui concomitanter diuinis verbis, è Iheti faucibus pleroſque exemit, vomentibus non prouocare; quare ſit.

Concluſio, in omni ueneficio ore aſſumpto, omni tempore, omni complexione, omni ætate, omni regione conuenit uomitus; ſed proportionato

uomi-

(vomitorio) non prohibente morbo colico, vndè timetur uomitus.

Explicatur, & ex dict.s in principio huius oper. l.b. 1. recolamus dęmonem esse symiam Dei, uehementerque appetere, ut superbum adorationes, & ceremonias, pactumque cum mago obseruare, ut sui cultus conseruentur, & protraherentur; tum instrumenta composita à ueneficis non esse alia, nisi ceremonias, signaue, quibus positis, & stantibus, ui pacti dæmon operatur ad magi finalem intentionem; quibus uerò ablatis cessat operari.

Ex quibus infero ad hoc, ut afflictiuam illam operationem in corpore affecto prohibeamus, indicatio resultat auferendi instrumentum illud fabricatum, quod conatur dæmon conseruare, tum internè oppugnando totis uiribus medicamentis: tum externè os infirmi sua existentia claudendo ne contrarias accipiat medicinas; ut uidi in duabus monialibus sororibus maria Clara, & Vrsula, quibus dęmonem cogere exorcimis, ut descenderet ad pedes opus fuit. Et quoniam nulla uia, nullus locus uicinus conferens assignari possit per quem extrahi ualeat magicum illud compositum assumptũ, quam per uiam osophagi extra; ideò necessarium affirmatur esse uomitum; nam per intestina, etsi multi aliqua euacuarunt, ut capillos, ossa claues, plumas, &c. quia longior uia magnis cruciatibus fuerunt afflicti.

Sed antequam ad notificandas vomendi regulas descendam fas sit describere recentem historiam, quæ mihi hæc scribenti occurrit.

Anno 1627. de Septembri in Terra Celentiæ Illustrissimi nobilissimi pijssimique Marchionis D. Andreæ Gammacortæ, cum duodecim monialium Cænobium suis spensis ob animi pietatem à sua dominatione edificatum esset; & fæmina fidei minor, tartarea; non humana, hypocrita, boni huiusmodi inuidiosa lacerans; Plutonis officinam petens farinam apprehendit, aquam lethes fluminis expiciens, cerberi offam immiscens pastam formauit, ac confectam placentam igne Luciferi assiccatam, Belzebuc legioni consacrauit, vt quæque eam commedisset cruciaretur. sic vipereo, simulatoq; sanguine ore spumante, vt eam omnes illæ moniales ederent curauit; tunc subito spiritus intus alunt, & ventrem, & mentem agitant; & ceu magno pondere oppressa talia membra de nocte; pauores, vlulatusque sensiebant, conuulsionibusque afficiebantur per interualla; iussu Illustrissimi Marchionis, & illis primo duæ Bnñæ vrbi missæ sunt, vt beatissimum corpus Principis Apostolici Diui Bartholomei apertius manifestaret morbum esse sathanicum (ceu solet) cum enim in sacratissimo altare exorcizatæ essent sub prædicta placenta modum veneficij recepti; & Belzebuc, Carbonem, Sulfarellum corpus vexare fari coactæ sunt vi maleficij. Scribam italicè alia nomina prolata in alijs, forzan fictè, in suore Maria Chiara, stinco, iacco, elchio, palo, stelio, Principi tutti. In suore Vrsula Mammana, scarafone, grancio, sorice Prencipi. In suore Margarita mosca, lacerta, tizzone mazzocca Prencipi.

Quibus ordinato cõpetenti dictico instrumento, quia suppressæ erant menstruæ euacuationes sanguines misi ex talo imperaui; considerata veneficæ materiæ existentia in ventriculo, cum ea dispositis humoribus alijs, leue vomitorium offerendum præposui, ex quo parum euacuatum est, hinc in tam pertinaci extremoque morbo fortioribus vti ausus sum; postridie propinata

N fuere

fuere grana sex AlKerosi (infra scribendi) in vino, tam Martę, quam Claudiæ: & per vomitum magnum viscosi humoris copiam cum quadam pasta eicierunt; tunc ambę acriter stola ligatæ in ferreis cancellis Sancti Bartholomei sepulcri; tacitis præpositis huius sancti spiritus illi inferi respondere, assistentes omnes oculariter visi sunt: ità vt clamarunt, ex illis corporibus tunc exitum petere, quando festus erit dies Santi Bartholomei celebrandus. Beñti erat translatio huius venerandi corporis ex Liparis ad nostram vrbem die sc. 8. Kal. Nouembris, qua die anno 832. Siceardus ex Salerno Beñtum transtulit maximo Benñæ regionis tripudio, vt chronica scripsit, & cum partes omnes placentæ consumptæ, vel eiectæ essent; ficcinè audacior tertium vomitorium sacris ceremonijs perscriptum obtuli; vndè euomuerunt flauam bilem porraceam, flegma vitreum cum quibusdam pili, lanæque filamentis, pastæque quantitate; postridiè ad diminuendam melanconicam materiam apertæ sunt venæ hemorrhoidales: ex quibus sunt cruciatus remissi, & tacitæ, modestiores euaserunt; duos ante dies aduentantis festi dicti, super genu internè cauteria modo nostro administrata sunt; interim adsumebant manè ellectuaria nostra contra maleficia cum aqua nostra composita; & meritis Sancti Bartholomei sanitate restitutæ domus suas, & patriam petierunt.

Paucos post dies quinque aliæ consorores missæ sunt, quæ meritis Sancti Barthol. & gloria Dei, nostrisque medicamentis ad eorum cænobium liberæ reuerterunt.

Hæc admirans Illustrissimus D. morem gessit suæ Illustrissimę Vxori, vt cum alijs tribus monialibus veneficio infectis, an nostra medicamenta medica, vel pia, vel magica essent scrutaretur, tum vt Sancti Bartholomei sepulchrum visitaret; nostrorum medicaminum periculo facto, coluit, orauit, & exorauit, facinoris miri testimonio tabellam inuentione pulchram, & voto sacro muro apposuit: me autem inter cætera his poeticis muneribus decorauit à strenui D. M. L. Hieronymo Bruno datis.

Alla Tabella di Santo Bartholomeo per il voto fatto dalle Reuerende Monache de Celenza.

Questi che in aria miri.
Con la destra impugnar fiero coltello,
Che scortecò sua pelle,
Scacciò schiere d' Auerno inique, e felle
Da dieci, che l' anello
Riceuerno da Dio sposo, & amante;
Queste in segno d'amore
Al santo Vincitore, e trionfante,
Danno per voto il cuore:
E per archi, trofei, marmi, e scoltura
A memoria gli fan humil pittura

SONETTO

SONETTO.

Mentre di vite il gran tartareo Duce
Di rabbia pieno, & inuido desio
Viene in steccato à guerreggiar con Dio
Per disfar opra, che di ben riluce.
E cento, e mille schiere nella luce
Mena dal cieco abisso, e luoco rio
Contro il casto edificio, e santo, e pio
Et assedio crudel iui conduce.
Quando Bartholomeo prende commiato
Dall'Eterno Monarca, e viene in campo
Col porpureo stendardo di pelle,
E fende, e fora, e scaccia quasi lampo
Gl'immondi Spirti, e fè restar l'Ancelle
Sacrate à Dio col cor lieto, e beato.

Petitum fuit an legeram simile exemplum? & an expulsus dæmon iterum ad affligendum redeat?

Quo ad primum ferè simile memorat Io. Nider in formicario cap. 2. ità vix iam decem sunt anni transacti quod in ciuitate Nurembergensi monasterium nostri ordinis sanctæ Catherinæ dictum cum extrema difficultate reformabatur per vndecim illuc transmissas deuotas reformatrices ab alio reformato loco. Fuerant enim omnes sorores in dicto monasterio ad reformationem inuoluntariè, & pro se complices sibi in Ciuitate non paucas habuerunt. Postquam igitur locus regulariter clausus est; & ceruicosa gens sexus fragilis colla iugo submisit obedientiæ: venit in monasterium quidam dæmon, qui primum sonitibus nocturnis insolitis moniales quasdam infestabat, & subdit, & tandem tam de die, quam de nocte conuentum inquietabat, &c.

Aliud narrat Vueckerus, lib. 15. secret. auctorit. Vuieri. Si vno loco (sic incipit) maleficia collidantur vbi numero plures (quemadmodum in monasterijs potissimum virginum, velut organorū sathanę ludibrijs magis accomodatorum frequenter vsu venire cernimus) ante omnia hac cura propendeat, vt separentur, & vnaquęlibet ad parentes, vel sanguine, aut affinitate proximę uehatur, quo singulæ seorsim commodius fideliusque instituì, & sanari queant, &c. & infra describit duas octogenarias incredibili cruciamentorum genere à dæmonio esse exercitatas.

An verò dæmon expulsus possit iterum vexare vexatum nulli dubium est, dum Deus permittat, nec sit aliqua repugnantia præseruatoria affecti, & præsertim in maleficijs, quando enim ponuntur instrumenta magica seu facturæ, vt signa; ipse obsequij auidus, damni humani cupidus, sui cultus zelosus semper concurrit ad affligendum; huic proposito pulchram historiam

recitat Mengus, cap. 16. in fusti de quadem moniali multoties maleficijs oppressa; subdit. Et adueniente hora excitandi moniales, cum quibus illa moram trahebat ad matutinum, dæmon velut sagitta ab ipsa fuggiebat solutis maleficijs in ipso existentibus, quæ in dies illa, ex ore euomebat; tandem diuino sibi assistente, & adiuuante præsidio, illa totaliter à dæmone derelicta, liberata fuit; at Describamus nunc aliquas vomendi regulas, vt promptius, rectius operetur.

Sit prima ante vomitum lenitio ventris, ne materia, ex aluo ad ventriculum trahatur; ideò sunt optimi prius clisteres.

Vomitus non valdè mane fiat, & serò precedenti abstineatur à repletione ciborum; præcipuè frigidorum.

Et ad euacuandum sthomacum vomitus prouocari potest etiam post vnctuosa, & sthomacosa cibaria commesta, vt docet hipp. 3. de diet. 3.

Neque fiat vomitus, vel ante, vel post venæ sectionem statim.

Hora vouendi ligentur oculi, & frons fascia benedicta.

Post vomitorij assumptionem læuiter corpus mouendum, vt facilius vomatur. 4. p. 11.

Post vomitum lauanda est facies; & os aqua rosata, & aceto.

Completo vomitu quiescendum per duas horas: tum cibus offerendus assus potius, sed leuis digestionis, quam elissus.

Si post vomitum in sthomaco mordicatio sentietur Fercula pinguia, & vnctuosa exhibenda sunt; ipsique superponatur lana succida in oleo calido infusa.

Si superuenerit singultus, potetur aqua calida, sin autem non confert excitetur arte sternutatio.

Si vires videantur malitia vomitorij debilitatæ offerenda ʒ1. confectionis iacincti, vel Alkermes, vel lapidis Belzuar G. 10. vel elyxir vitæ examinatum recenter in suo libel. de elyxir a. F. Donato Heremita.

Vomitiones ergo trium sunt generum, vel ventriculum nimia copia, & quantitate præssum molestent, siuè sit aqua siuè vinum, &c. & nuncupantur leues. Aut eundem qualitate sua acri, & mordicante vellicent, lancinent, aut dissoluant, & sic ad vomitum excitent. Aut tota sua substantia prorsus ipsi contraria sint qualia sunt quæcunque in venenorum veniunt numero. Nunc Medici suadent, quando morbus est leuis, tribuererque inducias semper à leuioribus vomitorijs esse inchoandum, deinde veluti per palum ad fortiora transeundum. leuia enim ceu parant naturam ad vomendum, vnde euitentur repentinæ mutationes sibi inimicæ; ideò Hipp. 7. epid. nu. 53. proponit vomitorium ex aqua, aceto, & sale, Galenus 2. de antidot. c. 7. aquam calidam, & acetum mulsum, & hidreleon. & omnia tepida tepide excitare vomitum docet Gal. 8. met. 5. quantitatem verò restringit ad libram.

Vbi verò adest morbus fortis, & magnus, fortia, & magna deberi vomitoria medici asserunt omnes. à nobis, vt magis salutaria magicis morbis numerantur hæc. Veratrum nigrum: & quod administratur, vt terminus finalis album; struthium quod radicula, & lanaria herba appellatur; Thymeleon; Glans vnguentaria; lathyris seu catapucia, Ricinus Thapsia, ruta agrestis, radix ciclaminis, semen nasturtij, agaricus, eupatorium Mesues

bulbus

bulbus vomitorius, vel narcisus, flores ginestæ, & semen. folia, & radices asfari; semen vrticæ, sparthum: Gratiola seu gratia Dei valde proficua; stybium præparatum vulgo antimonium, puluis AlKeroti vsualis; vitriolum albificatum, sal tartari.

Inter duo extrema intermediant mediocra vomitoria; vt flores, & semen aneti, semen, & radix atriplicis, semen erucæ, semen rapi, radix raphani, radix cetruli, vel peponis, radix bettonicæ, semen dauci, cartamus. quæ modo decoquntur in sola aqua simplici modo in aqua medica, vt rosata, hyperici modo in aqua, & oleo v. d. ℞. aliquorum dictorum simplicium dr. 1 ÷ aqua fluminis. lib. decoquantur ad consumptionem tertię partis cuius ℞. lib. 1. oximel. & olei dr. 1 ÷ m. vel ℞. seminis nasturtij, radicis raphani, betton. an. dr. 2 ÷ semin fugæ dæmonum dr. 1. decoquantur in lib. 1 ÷ aquę rosf. alb. ad consumpt. quartæ partis adde sy oximel. squillitici, olei an. dr. 1. m. pro vomitorio, & id confert etiam sthomacis plenis humoribus, & flatibus, ætate, temperamento, & tempore calido.

Vel ℞. rad. atriplicis, seminis aneti, cartami an. dr. 2. decoquantur in lib. 1 ÷ aquę bettonicæ ad consumptionem tertiæ partis; tũ adde oximellis simpl. aceti an. dr. 1. olei veteris dr. 2. salis gemmæ ʒ ÷ pro duobus vicibus vtimur quoque in pituitosis sthomacis, natura, & tempore frigido.

Quando decipiendi sunt ægri medicamenta abhorrentes ex supradictis pulueribus conficere possumus placentam cum melle, vel zuccharo, vel ellectuaria. ℞. seminis cartami, aneti, & radicis raphani esiccati an. dr. 2. cum melle despumato, f. ellect. vomitiuum dosis sint dr. 2. pro vice.

Vomitorij verò fortioris exempla quod complexionibus robustis, aere temperato, fortioribus vexationibus, morbisque magnis, ac in pituita crassa, æruginosaque bile propinatur sunt vtiliora scribenda, vt

℞. radicis, & foliorum assari, florum, & semin. ginestræ, hyperic. an. dr. 1 ÷ masticis aquæ fluminis dr. 7. decoquatur ad consumptionem tertiæ partis, tum adcolaturæ zacchiari rosf. dr. 1. tepidè potetur. euacuant etiam per inferiora omnigeni coloris excrementa.

Rolandus cent. 6. cap. 5. ℞. pulueris radicis assari dr. ÷ aquę cardui benedicti dr. 6. vel hissopi; extollit etiam in morbis pectoris; crassis febribus; calido lecto vomendo, & sudando. Mattiolus laudat ad magicos morbos semen lathyris, seu cataputiæ, grana 10. à putaminibus delibrata, tusaque ouo sorbili deuorentur, aut

℞. Succi thapsiæ lotæ prius aqua mellis esiccati dr. 1. puluer. menthæ, & florum nimpheæ an. dr. 1. iuris pull. dr. 4. m. vel pulueris rad. dr. 4. purgat per superiora, & inferiora, vt docet Gal. 6. simpl. trahitque ab intimo ad extra; difficili anhelitui, spuitioni, prodest.

In forma solida. ℞ cort. radicis thapsiæ mense maij vel Iunij collectæ dr. 1. assari dr. ÷ castaneolæ vomicæ, seminis atriplicis an. dr. 3. granorum cataputiæ excorticatorum dr. 1 ÷ gummi arabici dr. 2. contundentur, & cum melle despumato. f. ellect. dosis sit dr. 2 seruetur per annum ex Arnaldo Vill.

Vel ℞. semin cartami, rad. assari, enulæ campanæ, cataputiæ excort. vel ricini an. au 1. cum melle despumato, f. ellect. vomitiuum secundum artem dosis dr. 3. robustis.

Est in frequenti vsu apud exorcistas vomitorium, ex albo veratro, cum

nesciant

nesciant alia; vna veste, vnaque mensura vestire putant omnes: hinc magna pericula, vitæque discrimina; cum eandem dosim, easdem materias omni veneficato, nulla accepta indicatione ab essentia morbi, à parte affecta, aere, ætate, complexione propinant, nec considerata ipsius ellebori substantia venenosa, & ratione ordinandi, corrigendique symptomata superuenientia. Forestus obser. 9. lib. 30. narrat timendas historias.

Ego negare non possum admirandas vomitiones materiæ veneficæ non inspexisse, & ægris timidè imperasse; tamen in actu vomendi assistens, sæuissimas perturbationes, lyppotomias, strangulationes, cruciatusque plurimos, vomitusque copiosos album causare obseruaui; ideò Plinius vetauit dari senibus, & pueris; item mollibus, & fæminei corporis, animæque exilibus, aut teneris; & fæminis minus quam viris; item timidis aut si exulcerata sint præcordia, vel tumeant, minimèque sanguinem excreantibus, vel latere, vel faucibus, ac loquens Io. Mes. de his protulit helleborum album debere vitari: est enim profocatiuus, super nigrum autem debere præsumere concordant omnes, & propriè rectificando secundum artem, & legem; & non conconuenit nisi robustis, corporibus; & animosis, temporeque veris; & propriè datus quidem, quandò: & cui conuenit, & qualiter acquirere facit iuuenescentiam, & incolumitatem, & mores laudabiles, & complexionem bonam.

Ideò non ità fides adhibenda est ijs, qui neque litteram medicam sciunt, & secreta medicamenta se iactant possidere, quod consideratè ponitur in lib. de med. exp. 1. & nos non laudamus hominem ignorantem artem medicam, vt habeat hæc secreta; quoniam vellet prodesse fortè, & nocebit; & propter hoc oportet hominem scire complexiones causas, & accidentia, vt cognoscat ægritudines, & earum accidentia; quoniam qui ignorat hæc non est securus quin noceat plurimum, & pro maiori parte: etsi aliquando proderit etiam, hoc erit ex fortuna. Sed ad rem ex supradictis non videtur tutè album veratrum administrandum, & nigrum ab imperitis esse suspectum. Attamen quia praxis communis cogitauit album helleborum esse forte medicamen, & conducere ad omnes fere humores expellendos ab omnibus corporis cauitatibus, tum conferre ad omnes morbos pertinaces, difficilisque curationis, vt cit. Mesues, Serapio Auicenna testantur.

Dici potest in morbis ordinarijs, vel extrinsecè magicis non ità discriminatim hoc remedio vtendum esse, morbis verò veneficis internis (vt puta existente interne maleficio) solitis exorcisticis benedic. accepta tamen indicatione, à maleficiati tempore, affectione, partisque affectæ natura non vituperari etiam album, vt magis vomitiuum; & potest hic accommodari ea sententia Hipp. lib. epist. num. 32. purgatio sursum versus commodat ei in quo sine febre est cibi fastidium, aut stomachi punctura, aut vertigo, aut os amarum, & in summa doloribus supra septum transuersum, sed quæso vteris ne scriptor eo dispensandi modo quem prattici aliqui exorcistæ exercent, v. d.

℞. Hellebori albi, perforati an. dr. 1 ÷ zucchari rosati, thuris an. 3 ÷ & omnia simul in vino albo optimo quantitate vnius libr facias bullire quousque deueniat ad medietatem. &c.

Quibus non animo contradicendi, sed quoniam Mengus ipse in flagel. de

remed.

remed. tribuens documentum pro exorcistis, docet quod exorcista nullo pacto præbeat hoc vel potabile aliquod remedium alicui infirmo sine consilio, & iudicio medicorum; quia cum complexiones, seu naturæ infirmorum sint diuersæ diuersimodè illis etiam applicandæ sunt. assero hanc formulam mihi non arridere, tum quia repentè euacuatur, tum ex præcepto Auctorum ad summum hellebori quantitas non debet excedere ʒ. vnam, nec decoqui ad medietatem (vt Codronchius) cum vomitoria lenem sustinent decoctionem; tum etiam quia vt ipsi aiunt, & est, temperamenta sint diuersa non semper eadem mensura, sed diuersimodè est ordinandum. Tum semper sectandum præceptum Hipp. 2. aph. 9. quod Gal. in comm. explicat; siuè per vomitum, siuè per alui solutionem purgare velis, si totum corpus fluxum reddideris, sic demum bellissimè purgaueris, fluxum verò fiet meatibus omnibus reclusis, & humoribus incisis, & tenuatis si fortè crassum, & lentum humorem corpus habeat, & Plinius cit. monet cauendum est fælici quoque cura ne nubilo die detur; quippè impatibiles cruciatus existunt; nam æstate potius quam hyeme dandum, non est in dubio; corpus septem diebus ante præparandum cibis acribus, abstinentia vini; quarto, & tertio die vomitionibus, pridie cænæ abstinentia, album, & in dulci datur, &c. Vt euitetur abscondita contradictio cum Hipp. ly pridie cænę abstinentia explicatur; ne cibus in assumptione veratri reperiatur ingestus; fauet huic Gal. 6. epid. 1. 6. quibus enim cibus in intestinis occlusus est, nisi quis aluum prius ducens sorbitionem dederit; vehementer lædet: cum non humectaret. Hippoc. n. 4. aph. 13. normam dans difficilè vomentibus ait. Ad helleberos, qui non facilè supra purgantur eorum corpora ante potionem pluri cibo, atque quiete humectanda sunt; vndè duo excipimus ex Gal. in com. primum, vt vomiturus assuescat leui vomitorio ad vomendum, vt iuribus cum oleo, & oximel. simpl. primo, tum squillitico, vel decocto camomeli, & his similibus; secundum corpus præhumectandum mollibus rebus psertim cibo, non quidem amaro, salso, acri, acerbo, sed medicinali naturæ proportionato; omnis enim cibus sua natura solidas corporis partes hvmectat; quies verò per accidens; idem refert Gal. in 6. epid. c. 1. 6. dictum est autem tenuare de humoribus: hos enim tenuare conuenit: mollire de membris solidis; & in vtroq; veratro.

Et sicut motus ante pharmaci exhibitionem exsiccando reddit corpus purgationi inobediens, contra autem quies humectando præparat: sic assumpto medicamento, motus excitat calorem, calor spiritus; hi humores, atque hinc tandem euacuationem procurat; iure igitur iubet Hipp. 4. aph. 14. & 15. quum biberit quis helleborum ad motiones quidem corporum ducere magis, ad somnos verò, atque quietem minus; indicat autem nauigatio turbari motione corpus; & 6. epid. sect. 5. dixit qui veratum bibit si citius purgare voluoris; lauare oportet, aut commedere.

Pronostica verò de assumpto veratro habentur in coacis prænot. n. 4. purgationes valde rubicundorum, nigrorum à veratro, malæ sunt, & cum talibus exolutio mala, à veratro vomere rubicunda, spumosa, pauca prodest: facit tamen duricias, & suppurationes magnas abducit; in omni purgatione redundante, frigiditas cum sudore perniciosa est, & conuulsio pessima.

Hæc cuncta veritatis plurimum intra medicinales terminos possident: in

magi-

magicis verò aliter obseruatur; plura enim mira excitat dæmon ad timorem, desperationemque incutiendum. multos vexatos actu vomentes, inspeximus cum frigiditate extremorum, sudoreque anxietate, & sine pulsu. terque prattica monstrauit Martæ, & claudiæ sępissimèque in alijs cum sanitatis sequela.

Vt verò magicis morbis veratrum conuenire medica ratione probemus. Colligamus ab Hipp. in epist. Democrito num. 33. Cæterum veratrum his dare oportet, quibus de capite fluxus fertur, & in lib. 1. de dieta nu.35. veratri purgatio à fomentis confert desipientibus, & stupidis; hæc ferè semper sunt in illis ergo, &c. Addo quoniam cum in causa vt plurimum existit melanconia, cui vehemens debetur medicamentum, ex 6. aph. 47. tum quoque, quòd cum morbus annumeratur inter longos, & pertinaces, hinc Gal. 6. epid. 1. 6. docedat veratro quidem purgate si valdè antiquus affectus sit, & ceu victibus (vt ità dicam) extrudendus: veratro ideò vti debemus: habita tamen, vt monuimus, ætatis, habitus, roborisque ægrotantis ratione: loco enim cit. Hipp. iubet iuuenes veratro purgare.

Eia ergo his munitis, ad arma med. & primum, ℞. Hellebori nigri dr. 1. fugæ dæmonum fl. nimpheæ, thyris an. dr. ÷ macerentur in dr. 8. vini optimi per noctem leuique facta decoctione, colaturæ addatur oximel. simpl. dr. 1. præmissa benedictione tepidè exhibeatur ieiuno.

Præcepit Philon. Medicus Doctissimus ex Syluat. desuper manducare, recordatus forzan sententiæ Hipp, 6. epid. 5. ad rem quidem esse in sensitiuis stomachis, vel dilicatis aliquid iuris consumpti, vel cremoris ptissanæ bibere censeo; admisceo verò oximel. dicti Medici disciplina, cum nullam suffocationem causare possit aceto mistum; tum flores nimpheæ tamquam antidotum veratri ex Mattiol. quibus inimicum vinum. Tu. ℞. Helleb. nigri dr. 4. rad. assari dr. 1. rad. centhauræ, thuris, perforati an. dr. ÷ infunduntur per noctem in dr. 10. aquæ bettonicæ facta decoct. ad consumptionem quintæ partis collig. serueturque pro potu addendo aceti ros. dr. ÷ tepidè diglutiatur. Ad corrigendam aliquam medicamenti venenositatem alij volunt immisci dr. 1. theriacæ Andr.

Ipse puto quando opus esset forti euacuatione, alexipharmacis non impediendam vim operantis medicamenti; sed confecto potius opere tribuendam, vel aliquo irruente symptomate, cui satisfit proportionato remedio immiscendo semper confect. Iacinti, Alkermes, &c.

Quando verò vomitus sit superfluus offertur theriaca recens cum syde cidonijs: ventriculo, emplastrum de crusta panis.

At in forti temperamento, cui celebratis prius alijs remedijs morbus perseuerat. ℞. Hellebori albi dr. 4. seminis latheris, seu ricini delibrati dr. 4. hypericon, valerianæ an. dr. 1. infunde per noctem in lib. 1. vini, aut aquæ fl. cittangul. vel in calidis complexionibus aquæ fl. rof. alb. facta leui decoctione collig. ac addè oximel. simpl. ac tepidè diglutiat æger. aut ℞. Hel leb. albi dr. 1. florum ginestræ, iuæ manuschr. rutæ an. dr. 1. infunde per noctem in lib. 1. vini, uel aquarum dictarum, tum bulliantur ad consumptionem quintæ partis; colaturæ addè olei benedicti dr. ÷ propinetur repetendo tribus uicibus.

Lau-

Laudatur been Arabum, quod ex Constantinop. affertur ex Mercurial. lib. 1. c. 16. nam est sine sapore, & sufficit vnum, vel duo grana decorticata, & admisceri potest parum zacchari mouet per vomitum, & aluum; maniacis, & melanconicis.

Si quis verò potabilia abhorret, ac cætera respuit, quoniam honestum est omni machina ægris succurrere; quædam medicorum ingenia exsogitarunt, quibus decipiatur, ac sanetur ægrotus primo.

Colligantur radices ellebori (si vis per superiora magis ducere, albi; si per inferiora, nigri;) græco vino mundentur cortices superiores colligantur, interiores nullius sunt momenti irrorentur vino, & ad solem, vel tepidum calorem afficcentur; hunc processum ter repete: contere tenuissimè: hunc puluerem pone in vas vitreum album, super impone succum rosarum persicarum, iterum effice, & hoc quinquies repete; vltimo contere, & in vitro serua: habes medicinam incomparabilem ad omnes ferè morbos, dosis, dr. ÷ cum succo viol. cum vino; & fieri possunt ellectuaria cum zaccharo fino, & albumine oui secundum artem, tempus componendi aptius est iunius.

Ad exemplar aliorum extractorum, marte tuo conficiendorum, describam illud Quercetani in pharm. pag. 717. pleraque enim habet idem, & VuecKerus in antidotario.

℞. Radicum, & fibrarum hellebori nigri (vel albi) lib. 1. omnem sorditiem prius aqua ablue: deinde macera per integrum diem in aceto rosato: hoc enim tollet nimiam illorum acrimoniam, & venenatam qualitatem: effunde acetum: radices autem mediocriter ad ignem lentum siccatæ, & crasso modo contusæ indantur in matracium capax super effundendo succi limonorum partem, & succi pomorum redulentium partes duas, vt materiam duos tresuè digitos supernatet, omnia fient in digestione; B. M. donec succi in colorem rubicundum tingantur, & exactè impregnentur tota hellebori substantia, cola postea omnia, & faces prælo exprime: vltimam hanc expressionem commisce cum prima colatura: & iterum affunde facibus nouum succum rosarum persicarum optime indeq; denuò extrahe omnem substantificam virtutem in B. M. colando, & exprimendo iterum omnia, & misce hanc colaturam, & expressionem cum prioribus illis: omnibus in matraccium capax iniectis fiat digestio in balneo purumque ab impuro separetur; tandem separa ad calorem lentum humiditatem donec in fundo maneat extractum in spisiori paulo forma quà sapa est; huius autem vti possumus dr. ÷ vel forma pillulari, vel ellectuarij iam supradicti contra omnes, ex melanconia morbos, & qui radices altiores agunt, occultaque habent seminaria. Notat idem quod quando cum vomitorijs miscetur aliquod fortiter purgans, vomitoriorum vis retunditur, & inhibetur, ac potius per inferiora fit euacuatio non sine igitur ratione multi reddunt antimonium euacuans per inferiora, fortiter purgantium admissione, vel adstringentium.

In his suum habet locum principalem antimonium, non solum, vt purgans, verum vt tale iucuncum, & facile; possunt enim decipi ægri, vel potu, vt ad grana 8. vel 10. vino, iure, aut aqua; cibo vt panatella, ellectuarij crudi forma, conserua, intra ficum, ouum, &c. Fuerunt vero, & sunt plerique ex academia Erasti Medici, qui huiusmodi medicamentum ratione

experientia Illstrium virorum philosophantium comprobatum adeò apertè oppugnarunt oppugnantque, vt si eis Imperium; non tantum, vt exularet, sed vt à mortalium memoria decideret, imperarent; viderunt forsan potabilium ebrij ipso propinato praua symptomata, nec penetrarunt indebitè præparatum, ac cæteros omittendo scriptores: Mattiolus potius herbarum venerator, inspectis eius virtutibus, quot encomia narrat in proprio capite? & ibi orobat Grecorum, ac Arabum auctoritate non esse venenosum medicamentum, vt inscitia medicorum tenet.

Tu tutam præparationem ab hoc accipias, lib. 5. cap. 58. & á Vueckero, lib.2. antid. c. 36. transcriptam. ℞ antimonij electi, lib.2. contere in mortorio æneo minutissimè, imponaturque in vase terreo supposito igne accenso, continuè spatula ferrea nunquam cessando agita, vsque dum admittat vapores, & solitum splendorem, odoremque zulphuris, ac in cinerem versum positum super carbones ignitos nullum euaporet fumum; dum enim occurrit (vt solet) conglobari, seù se se vniri, opus erit quoties conglobatur, toties ab igne remoueri, & in puluerem reduci spatula semper agitando calcinari; huius igitur antimonij. ℞ lib.÷ boracis aurifabri dr.1. salis ammoniaci dr.÷ reducantur vna in puluerem, abscondatur in circulo circundato beneque tecto fortissimo igne in fornace præportionata inspiciendo post tertium horæ spatium an fusum; tunc proiciatur super tersum marmoris vel trullei cretacei fundum, laminaque formentur colore hyacinthi.

Altera est. ℞ antimonij, tartari an. lib.÷ puluerirentur adde salis nitri, lib. 1. immittantur in olla ingnita pedetentim, & inuenies regulum album; cuius ℞ dr. 2. puluerizza minutissimè, cum dr. 2. salis ammoniaci include in cruciulo, & da ignem, vt supra, & lamina efformentur.

Crollius in chymica Basil. ad magicos morbos laudat flores antimonij præparati suo modo; nos breuiori ordine præparatione vtimur Vueckeri, ℞. antimonij crudi, lib.1. aquæ salis, q. 1. quibus mixtis, & solutis sublimetur, quod sublimatum est collige; ablue, & ad vsum serua: dantur grana 5. vel 7. cum conserua ros. iure, vino, &c.

Ex Heurnio habetur facile vomitorium, ℞. vitriolum Rom. efficcatum, dissolue in aqua, depuretur per residentiam, depuratam euapora, quod in fundo erit propinabis ad grana duo, vel tria cum conserua. aliqua; & à vomitu æger aqua carnis nutriendus; ipse puto quod si ter hanc dissolutionem, & euaporationem reiteres tutius ad dr.÷ offerri valeat.

Alterum modum scripsit Crollius cit. ac 200. p. extollit in ventriculi affectionibus, & cerebri; in febribus in peste, in lumbricis, in dorsi doloribus, in defluxionibus salsis dosis à scropulo ad duos habita indicatione complexionis, &c.

℞. vitriolum album (fit per dies sex dies in calido sole æstiuo, vel forzan in clibano) solue in aqua pluuiali, & euapora, donec quasi crusta appareat: postea per quattuor dies in loco frigido ponas: & concrescent crystallos quos eximes, & aquam iterum euaporabis, vt antea: hic labor penitus tertiò reiteretur coagulando, & dissoluendo: vltimo ter eodem modo procedatur cum aqua rosarum; crystalli tandem supra calorem leuem siccentur, & sponte redigentur in puluerem album; hoc lene est vomititiuum.

Hæc

Hæc pauca vomitoriorum genera nostræ materiæ pertinentium, alijs non enarrantibus explanauimus, vt tibi medenti errandi sit occasio interdicta, sumpta indicatione, vt sæpe monuimus, à maiori, vel minori affectione, & temperamento. Nunc, vt promissis starem examinemus an puluis dictus Alkerotus conferat magicis morbis?

Compositio est apud crollium, sed imperfectè; veram accepit Venetijs Perilli D. Hieronymus Mascambrunus Patricius Bennus; ibi enim pestis tempore à Medico dicto Alkeroto fuit frequentata, multosque, è faucibus orci lucratis magnis opibus liberauit.

℞. antimonij, tartari an lib. ½ pulverizentur, adde salis nitri, lib. 1 iniciantur pedetentim in olla ignita, & fiat regulus albus; cuius. ℞ dr. 1. mercurij dr. 3. arsenici sublimati dr. 4. pistentur subtiliter, & intromittantur in vitrea storta, ac accendatur ignis cineris lentus; supponaturque recipiens semiplenum aquæ cordialis, vel scorsonariæ; vel, & melius, maluæ; post temporis spatium reperies ibi butirum album, quod in vmbra exsiccetur, seruetur que dosis sit ad grana 6. pro vice, &c.

Hanc mixturam perutilem esse existimo in magicis morbis; suadet experientia, quia iucundè eradicatur peccans materia per vomitum, & sæpe per secessum. Tum etiam quòd ex scriptis medicorum & exercitatarum clarum sit, argentum viuum occulta proprietate pro æmuleto conferre ad omnia venefici, si benedicetur; qua maiori efficacia fatendum est intra adsumptum hoc modo correptum, ad materiæ expulsionem, & oppugnationem?

Eadem ratione valere summo mercurium vitæ Quercetani qui duas miras magicas curationes memorat in Pharm. cap. 16. & Forestus, lib. 18, obseruat. med. 19. narrat de vomitu viuorum scarabæorum in puella; & Bened. Veton. lib. 13 22. scripsit quemdam lapidem nucis iuglandis magnitudine euomuisse, quam Nicol. cum magnitudine inspexisse refert, & Beniuenius fatetur vomitum brucci animalis, & cuiusdam nostri forma vermis, cauda furcata, quattuor pedibus, obseruasse, vt alia amittam; quæ omnia, etsi admiranda, non tamen impossibilia tenent multi; nam sicuti ex putredine ea generantur in mundo, eadem ratione gigni valeant in corpore humano paruo mundo; illa verò referebantur ad incantamenta.

Largitus est, etiam summus Opifex pleraque quæ extra applicata ab vmbellico supra (infrà enim ventrem ducunt) vomitum prouocant, vt fel animalium, vnguentum de cyclamino, vel ℞. rad. cucum. siluest. dr. 7. coccognidij scamoneæ an. dr. 1. lactis tithymali dr. 5. cyclamini terbinthinæ an. dr. ½ hellebori albi ʒ 4. mellis quantum sufficit ad emplastrum; sed si etiam reperiuntur, quæ manum, & pedum volas inungendo vomitum prouocare scribebat Leonus, lib. sec. 3. c. 17. Rec. lythargyri, auripigmenti, euphorbij, pyrethri, ellebori albi an. dr. 1. argenti viui extincti dr. 1 ½ succi oxylapathi, succi bryoniæ an. dr. 2. axungiæ porci veteris dr. 5. confice, & vtitor. potest addi fel. tauri; coloquintida, hermodactyli.

De Medicamento Purgante.

Conuenire in magica curatione mædicamentum purgans, demostrat huius, reique præternaturam essentia in. 1. aph. 2. dicitur, quod purgatio

tio

tio sit humorum qui sua qualitate molestant euacuatio, qui cum in magicis morbis sæpe reperiantur, & causæ mediatæ, igitur conuenit; dixi sæpe, & non perpetuò, data contingentia, quód ante maleficium possit corpus reperiri purum; sed quidem rarò, nam in obsessis vexat dæmon mediantibus quoque humoribus; vndè administrari solent proportionata purgantia, ne ipsius motu turgeant humores, vel ad reuellendum à nobilibus ad ignobiles partes, vexationesque exonorandas. Tum quoniam, quæ continentur in passiuis corporis partibus sūt præternaturam, ergo vel auferre, vel deponere tentandum est, docuit Gal. in art. med. c. 94. & vt summatim dicam quidquid præternaturam in aliquis partibus continetur sanationis intentio est ablatio; quæ si fieri non possit transpositio.

Adde quia sicuti potest in stomacho esse instrumentum veneficij; ità & in intestinis, capite, vel corporis aliqua cauitate, humoribusque vndè præbet nobis indicationem illud expellendi, vel destruendi medicamentis solutiuis. Huius sententiæ præter omnes exorcistas, & medicos est Federicus Lametius in vna sua epistola transcripta à DelRio lib. 6. c. 2. sec. 2. in qua enarrans prius multa remedia occulta qualitate contra maleficia, à nobis in principio huius l. adducta pergit.

Sed ea demum remedia vsurpanda erunt si simplex, & solitarius morbus fuerit: hoc est si cùm occulta pernicies inuaserit, purum fuerit corpus, & integrè sanum; sin verò vel intemperie, vel plenitudine, qua plethoram vocant, vel humoris vitio, quæ cacochimia dicitur, vel obstructione; vel alia causa præternaturam corpus laboret, non ante adferenda sunt remedia, quæ totius substantiæ proprietate, seù contrarietate maleficia profligant, quam vitia illa summoueris ijs remedijs, quæ manifestis qualitatibus, de quibus dictum est supra, morborum vim, & acrimoniam hebetant, & obtundunt. Si quidem præsentibus his malis occultæ medicamentorum facultates, quasi sepultæ franguntur, & hebescunt, præclusisque, & impeditis vijs quibus iter est ad affectam sedem, cò non possunt integris viribus peruenire. Quapropter hæc mala statim per initia tollenda sunt, neglectisque propemodum maleficijs proprijs indicationibus vnicuique illorum conuenientibus remedijs medicandum. Ac intemperiem quidem curabimus calidam refrigerantibus, frigidam calefacientibus, humidam siccantibus, siccam humectantibus: seruata semper contrariorum lege: sicut in libris methodi medendi præceptum est; obstructionem verò expediemus detergentibus, incidentibus, & tenuantibus medicamentis: humoris vitiosi exuperantiam purgatione vacuabimus, quod si plenitudinis signa apparuerint, nec quicquam eorum repugnet, quæ sunt in venæ sectione obseruanda: sanguinem etiam per initia mittemus; at si veneni suspicio adsit; tunc enim non ipso statim initio vena secanda erit (alioquin venenum in venis traheretur, à quibus omni studio arceri, atque excludi debet) sed post vomitus, & deiectiones, atque vbi nihil ipsius veneni in ventriculo, & intestinis reliquum esse conieceri mus. Præterea reuellendis noxijs humoribus, quos dæmon, vel maleficus homo in principes partes traduxerit: conuenient clysteres acres, & sudores prolecti balneis, æstuarijs guaiacinæ, ebeni, salsæ perillæ, vel chinæ decocto. Denique si fractura, vel luxatione instrumentorum structura permutata fuerit,

fuerit, fracta vel luxata pars quamprimùm erit in naturalem formam, sedemque propriam reducenda his ità constitutis, & vt vnius cuiusque status conditioque feret accomodatis: tum demum erit ad occultarum proprietatum opem confugiendum. Sed petis antequam ad medicamentum purgans deuenis est ne præcedendus vomitus?

Distinguas si veneficium sentitur in stomaco, vel osophago signis ab hoc affecto acceptis à vomitu inchoare necessarium puto; at si grauitate, dolore, cruciatu, videtur inesse intestinis, & infrà septum transuersum; optimum est initium sumere à clysteribus deinde à purgantibus medicamentis, si verò materia iacet in aliqua parte corporis logingua, vt artubus, capite, &c. fouente ventriculo; tunc præcedente vomitione tutius est deuenire ad electiua, & eradicatiua purgantia peccantis humoris.

Quòd si morbus magicus non est, ex assumpto veneficio, sed externè fabricato. Medicus procedere debet, provt indicabit morbi essentia, pars affecta, & temperamentum; vitaque anteacta, immiscendo semper naturalibus remedijs ea quæ ab occulta proprietate recolimus supra valere his morbis, vnita exorcistica benedictione.

Dum igitur in coniecturam venisti annuentibus indicijs signum, seù maleficum instrumentum intercludi in aliquo inferiori viscere, doctus ab Hipp. in Epist. nu. 32. scribens; purgatio deorsum versus commodat, vbi sine febre est tormen, lumborum dolor, genuum grauitas menses, ægrè prodeuntes, dolores in partibus sub septo transuerso, iubeas per tres dies mane, post horas tres syrupi præparantis, vt talia immittantur clysteria.

Rec. fol. betton fugæ dæmonum, iuæ, rutæ, aneti, maluæ, atriplicis, mercurialis, parietariæ an. dr. 1. fol. senæ, epithem. an. dr. 1. ellebori nigri dr. 1 ÷ f. d. in aqua fluminis cuius decoc. Rec. lib. ÷ hieræ picræ, benedic. Nicol. an. dr. ÷ olei rutacei, camomel an. dr. 2 ÷ salis gemmæ dr. 1. m. pro clys. & quando actu fit diglutiat æger aquæ lustralis vn. 1. ad materiæ vaporosæ intercidendam ascensionem, vel Rec. fol. lauri, marrubij, sabinæ, matris syluæ, verbenæ, artemisiæ, mercurialis an. p. 1. radicis brioniæ incisæ dr. 1. agarici, cartami an. dr. 2. polipodij querc. dr. ÷ f. d. in aqua huius decoc. Rec. vn. 7. adde olei laurini, sapæ, amigd. amar. absint. an. vn. 1 ÷ salis dr. 1. m. pro enamate.

Hæc non solum in his morbis tibi cogitanti videntur esse vtilissima verum omnibus morbis qui dependent à flegmatica, melanconica, flatuosaq; materia, vt in articularibus affectionibus; ischiade, dolore colico, hypocundriaca, seù myrarchiale passione, vteris frigidis, quotidianis, & quartanis febribus.

Syrupi, qui prosedere debent ante purgationem possunt esse Rec. Sy. de bettonica capil. ven. de stheade fumariæ an. vn. ÷ aqua betton. & mellissæ, vn. 3. m. vel Rec. sy oximel. simpl. absinthij de tribus radicibus, G. an. vn. ÷ decoctionis nostræ contra maleficia vn. 4. m.

Decoctio hæc est Rec. fol. betton. verbenæ, centauræ, pimpinellæ, quinq; folij, & trifolij an. p. 1. seminis hypericon. peoniæ, rutæ, aneti, coriandri an. vn. ÷ tormentillæ manus christi, gentianæ, an. vn. ÷ decoquantur parum in lib. 10. aqua fluminis colentur, & seruentur pro potu; vt iucundius libaretur destillari

destillari potest.

Quod si calida videatur peccare materia dulciora conueniunt tum clystea ria, tum syrupi, vt Rec. violarum, frondium attriplicis, maluæ, aron quinq; folij cardui benedicti parietariæ an. partes æquales facta decoctione, Rec. vn. 7. olei viol. hypericon, rosati an. vn. 2. diacap. Arn. dr. 7. salis dr. 1. m. pro clyst. Syrupus in calidis conueniret tali forma, Rec. sy. de acrido citri, de pomis, infus. ros. rub. capil. ven. an. vn. ÷ aqua cord. vn. 3. m. Vel. Rec. sy. de portulaca, de borrag. fumariæ an. vn. ÷ aquæ decoct. nostræ vn. 3 m.

Est in medica potestate, & iudicio pro vt occasio indicationis sibi suggerit hæc omnia variare, (Ego etiam, vt tutor effectus sortiretur, syrupis admisceo guttas tres olei vitrioli, vel sulphuris, vel quintæ essentiæ coralli, vel perlarum.

Præparati humores per electiuum medicamen educendi sunt; quod describere vnum vt omnibus conferat, & iuuet gratis dicerem; cum non sanetur homo in communi. Si.n. oculariter difficile sit particularium noscere temperamentum, vt remedia quadrent, ità vt aiebat Gal. 3. met. 7. Si enim vniuscuiusque naturam scirem, qualem Aesculapium mente concipio, talem me esse putarem; hinc nostra professio coniecturalis oritur, & doctus medicus; quomodo remedium scribendum est vt omnibus consentiat? exemplo tamen aliquorum planius monstretur iter.

Rec. fl. cord. & fruct. pect. an. p. 1. tormentillæ, valerianæ, betton. an. p. ÷ semin. hypericon, peoniæ, rutæ an. dr. ÷ herbæ paris dr. ÷ agarici troch. dr. 1. f. decoc. in succo ros. ps. in. 1. col. diss. confect. A mech. diaphin. an. vn. ÷ Sy. D. August. sy. helleb. nigri (descripti à Massaria, lib. 9. c. 29.) an. vn. 3. reub. pul. dr. ÷ m. f. p.

Si abhorret potabilia, vel propinentur grana otto supradicti pulueris Al-Keroti, vel antimonij correcti, vel florum eius, uel mercurij uitæ; uel extracti hellebori nigri, ut plura de uomitu scribebamus, uel dr. 2. rad. mechiocan. uino maceratę.

Essentia stibij, ex Andernaeo.

STibium in puluerem contusum per dies decem lęuigatur igne, donec primum flos albus mox luteus apparet: qui tandem, e rubro in purpureum colorem transit. Huius vn. 2. in uini spiritu quantum uiginti digitos superet diebus duodecim uase diligenter occluso macerantur, postea separantur per balneum: atque tunc essentia stibij instaurandis renouandisque uiribus dicata fundo uasis substernitur. Huius grana quattuor, & aqua mellissæ chelidonij, aut uino generoso dantur, Febres curat; quam intercutem discusit, morbis uterinis dęmoniacis, comitiali, & similibus medetur. Morbum gallicum omniaque hinc orta uitia mirabilia sanat humores per plura ducit superfluos percutis habitum.

In forma pillul. Rec. pillul. fętidę de lapide lazuli, de fumoterra, an. dr. 2. cum succo ros. formentur pill. 9. post tres horas adsumat Apozema ex vn. 5. sy. D. Aug. uel de polypodio Magistrali, aut lib. ÷ iuris accipitris, uel noctuę, uel upupę, in quo decoctum sit epytemum, & helleborus.

uel

Vel Rec. pul. hierę simpl. lapidis lazuli p̄parati, agarici troch, turbit an. dr. 1. cum succo brionię formatur pill. 7. post duas horas offerendum aliquod apozematis dicti.

In delicatis, Rec. fl. cord. p. 1. senę, epithemi, polypodij querc. an. dr. ÷ cort. mirabol. Keb. & citrin. agar. troch. an. ℥ ÷ sandal. citrin. dr. ÷ fugę dęmonum seminis rutę an. dr. 1. dictami albi manus Christi, an. dr. 1. f. d. in aqua betton. in suff. col. diss. reub. vig. infusi in parte dictę decoctionis, & non col. dr. 2. confec. amech. dr. 6. sy. de polypodio mag. D. Aug. an. vn. 3. m. f. p. in pillul. Forma Rec. hyerę picrę 34. helleb. nigri, polypodij quer. an. dr. 1 ÷ agarici, salis indi, lapidis lazuli an. dr. 1. coloquentidę dr. 4. cum succo bettonicę, & fugę dęmonum f. massa pro pillulis dosis dr. 1 ÷ cum apozemate aliquo suprascripto.

Vti etiam possumus vino helleborato, vt Rec. hellebori ab omni terrestri impuritate prius vino optimo mundati, ac siccati dr. 2 ÷ follicul. senę, epythemi, an. dr. 1 ÷ corticum citri, anasi, feniculi an. dr. ÷ macerentur omnia in duabus mensuris optimi vini albi per tres dies in loco calido; deinde coletur, & cum zacchari sufficienti quantitate dulcoretur, aromatizeturque mane dr. 3. vel 4. quo vino multi liniunt partes affectas tepidè.

Sin autem, quę faciliori maioreque virtute prędita sint mauis, tum in assumendo, operandoque chymica arte, ex supra dictis extrahere possumus, vel extracta, vel quintas essentias; hinc Raymundus, Lullus, lib. 2. de secretis naturæ can. 6. docet nos curam perfectam dęmoniacorum melanconicorum, & omnium morborum caducorum, cum sua quinta essentia Cęlidonię, in qua immisce fumus terrę, centaurę maioris, epythimi, thymi, ellebori nigri an. dr. 2. lapidis lazuli dr. 1. & dimitte stare per tres horas, & da ei in potu bis in die semel in nocte, & vnge ab extra totum corpus, & regionem splenis.

Quòd maiori operatione sint dotata nobis suadet suptilior; ac penetrabilior eorum virtus, hinc facilius assumi, & materias crassas frangi, & expelli spiritusque discuti fatendum est, id Cęsalpinus in peripat. c. vlt. confirmat subdens, quę huiusmodi facultatem habere comperta sunt amuleta, & alexipharmaca appellata, aut totius substantię proprietate, id consecuta; plurima per experientiam inuenta, & longo vsu confirmata. Ex ijs autem ea maximè opportuna sunt censenda, quę spirituosam, & multam efflant huiusmodi vim, tum quia intimius penetrant; tum quia cum spiritibus conueniunt, sic enim, & permisceri, atque eos alterare possunt, aut pellere.

Posuit multa ex chymicis lecta, lib. 2. sec. 26. VuecKerus hic pro nostra commoditate nostrę methodi attinentia ęgrorum iucunditate, deglutiendiq; facilitate, aliqua transcribemus; in lib. enim de medic. expertis vltimo sancitur, & cauene prębeas medicinas mali saporis, quoniam medicina, quam infirmus habet in odio plus nocet, quam prosit.

Extractum hellebori nigri.

Cortices radicis hellebori nigri infundatur in aqua anasi; de qua fit oleum, & stent in infusione per horas 24. deinde bulliant simul ad

aquæ sl. fere consumptionem, coletur postea cum forti expressione; vltimo decoquatur expressum cum syrupo rosato solutiuo ad sufficientem spissitudinem, reponatur in vasculo terreo vitreato, dosis est dr. 2.

Aliud ex Heurnio.

REc. radicum veratri nigri effossarum sub ortum solis incrementa ducente luna, ac peragrante dodecatemorion capricorni, leonis aut saggittarij, in pulpam contundantur, & distillentur, dum nil amplius liquoris fundant; hoc fiet vi calidi caloris in arena; hic cinis, cum vino liquescat in lixiuium, mox balneo exhausto, liquorem salem fundus dabit, qui omne virum humani corporis antiquatum in cauſarijs abigit, ac in floridam iuuentam effœtum corpus reuocat; soluitur cum vino, croco, & ambra dosis est à dr. ÷ ad dr. 1. Tu eadem arte extrahere potest reubarbarum, senam, epithemum, polypodium, Turpetum, hermodactilos. Extractum esulæ, aut assari cum radice. ℞. fol. esulæ siccæ, & pulueriżatæ quantum satis est; spiritus vini, q. s. misce cola, & in balneo destillentur donec mellis crassitiem acquirat; hac quoque ratione helleborus extrahitur, & grana lathyridis, seu ricini.

Extractum vniuersale, quod potest applicari ad cuncta veneficia, & ad omnes humores peccantes educendos, in plerisque morbis; sanguinemque purgat.

℞. diagridij dr. ÷ rhabarbari optimi vn. 1. trochisci diacolocynth. dr. 3. agarici troch. dr. 7. turpeti ex vino cithoneorū macerati vn. ÷ fol. senæ vn. ÷ semin. & corticum citri an. dr. ÷ ænulæ campanæ vn. 1. radicis valerianæ bistortæ, manus christi an. dr. 2. semin. hyperici, rutæ, peoniæ an. dr. 1 ÷ herbæ paris dr. 1. cælidoniæ, bettonicæ, feniculi, sthecados an. p. ÷ thuris, mirrhæ, masticis, an. ʒ ÷ seminis dauci, anasi an. dr. 1. singula confundantur macerenturque in aqua hypericon, & spiritus vini lib. 3. postea sub prelo exprimantur, & ampulla imposita destillantur donec crassitudinem mellis acquirant, postremo aloes dr. 11. dissolutis repurgatisque ex vino stillitio, vniuntur in modum extracti, vt ad crassamentum mellis instar appareant: datur dr. 1. in iure vino alioq; liquore, hæc pauca sunt tibi exemplaria ad quæuis videantur proportionata morborum expulsioni.

Pro pauperibus laudo seminis peplij, seu esulæ rotundæ dr. 1. vel ricini, vel cataputiæ dr. 1. vel succi brioniæ exsiccati, & præparati dr. 1. vel radicum sambuci succi exsiccati dr. ÷ vel recentis vn. 1 ÷ cum melle ros. eiusdem virtutis habent radices ebuli, & semina à Mattiolo prædicatur corticis croceæ succus, vel decoctio frangolæ, quæ soluit, & corroborat hepar. radices mechiocam, polypodium, sena, &c.

Post purgationes toties repetitas quoties morbus pertinax persistit, alias quoque particulares euacuationes, vel per secessus per epygrasim, vel per vrinas, vel per sudores, vel per palatum, aut per nares, cum morbi, vel symptomatis conditio, habitus, temperiesque corporis indicaret perutiles esse non nego; nam etsi per uomitum, & per secessum illas veneficas materias, vt plurimum expelli obseruetur; sunt tamen exempla per Nares, & per

urina-

vrinarios meatus aliqua instrumenta euacuata esse.

Opportuna idcirco existimo decoca, vel extracta ligni sancti, zalzæ, smilacis, sassifrassi, chinæ, mistæ cum simplicibus cap. 2. huius lib. descriptis partem affectum, vel iuuantibus, vel tamquam vehiculis aliorum remediorum exemplum sit.

℞. supradictorum lignorum proportionatorum medici iudicio morbo magico; complexioni, &c. vn. 2. infunde per 24. horas in lib. 2. aquæ fluminis decoquantur ad consumptionem medietatis in fine decoctionis adde fol. senæ, epithemi, polypodij querc. an. vn. ÷ agarici troch. dr. 2. rad. dictami labi, bistortæ tormentillæ, valerianæ, an. dr. ÷ seminis hyperici, peoniæ, rutæ an. dr. ÷ betton. borrag. pimpinellæ an. p. ÷ semin coriandri cinam. an. dr. ÷ factę colaturę mane assumatur lib. ÷ desuper dormiendo aut quiescendo; post duas horas pannis coperiatur tum suffitu illo in cap. 5. descripto sudorem prouocare affectet æger. Si quis autẽ nauseabundus, vel stomachosus fuerit cui animus deficit hanc quantitatem sustinere; parari, ex dictis potest, more chymico, vel extractum; vel quinta essentia.

Paupertati, & auaritiæ morem gerimus hoc. ℞. Smylacis asperæ vn. 3. vel radicis buxi, vel ebani, vel cannarum nostrarum vn. 2. infunduntur per 24 horas in lib. 2. aquæ fluminis, & bulliantur ad consumptionem medietatis, addendo in fine radicis brioniæ vn. ÷ senæ polypodij quer. an. vn. ÷ hellebori nigri preparati dr. 1. fol. cælidoniæ horrag. bettonicæ an. p. 1. semin. peoniæ, hypericon, rutæ, nigellæ an. dr. agarici troch. dr. 2. cinan dr. ÷ facta colatura seruetur pro duabus vicibus. valet quoqua alijs morbis chronicis.

In his magicis affectionibus mirè proficit calybs præparatus: ℞. lib. 1. calybis loti cum aceto, & aqua, terque igne accendatur totidemque aqua verbenæ extinquetur limetur, ac inspergatur garyophyllorum, semin. rutæ, & hyperici pulueriz. an. dr. 2. abluaturque semel in aceto, & relinquatur per 24. horas notas postea ℞. vini dulcissimi lib. 10. infunditur, ac exponatur ad solem (vel ignem, absente soles per 8. dies frequenter agitando bebedicetur, ac mane dosis vn. 7. pro vice desuper ambulando.

Vel ℞. dicti dicti calybis prædicti vn. 2. thuris, mirrhæ cort. rad. cappar. tamaricis, valerianæ, sabinæ, semin. peoniæ, rutæ, pul. Diarrhod. Abb. an. dr. cum succo brioniæ. f. trochisci dosis dr. 4. mane.

Nollem, vt me loquacitatis nimiæ accusares si miras curationes dictum calibem perfecisse dixerim, præsertim in lienis schirro, cunctis hyppocundriorum obstructicnibus, colicis, nephriticisque affectibus, causam ducentibus à crassis humoribus.

De Antidotis.

POst magna hæc remedia non sunt prætermittenda vim habentia ab occulta qualitate ad confusionem dæmonum forsan à Rerum Conditore instituta ne ità superbia seuiant se inferioribus esse subditos inspicientes; idcircò in omni ferè visitatione aliquid, ex superius scriptis, vel in puluerem, vel in conditis propino.

inter composita magnam prærogatiuam obtinere theriacam sæpe man[illegible] ad dr. 1. assumptam præter rem experientia monstrauit; tum mitridatum, tripheram persicam, confectionem iacinti, electuarium ducis, Tum electuarium Marcelli ex pluribus (cum vt plurimum maleficium annuente Proclo fabricetur ex pluribus) in lib. de medicam. cap. 20. narrat Antidotum Hadriani, quo vtebatur Cæsar Augustus, quę potio dat omni corpori fortitudinem, quisquis, enim ea vsus fuerit, nec stomachi, nec iocineris, nec splenis, nec cordis, nec lateris, aut pulmonis, aut coxarum dolores patietur, sed nec tussim, nec perfrictiones, nec spasmos, nec coli dolores sentiet, nec dysentericus, nec hydropicus, nec suspiriosus, aut colericus erit. Facit etiam hoc remedium contra omnes humores noxios, & omnia venena; vel maleficia in cibo, aut in potionibus data. Compositio ergo eius est talis; fæniculi seminis cimini, gummis thebaici, ph. pulegij, origani, piperis albi, herbæ sabinæ, petroselini, cedri seminis, chamedropis, cassiæ bonæ, iouis barbæ, rapæ seminis, nardostachyos, iunci seminis, euforbij, e chyos radicis, hoc est capsellæ, cyperi, pyrethri, tripolis seminis, quo mulieres vtuntur in capite, amomi, serpylli sicci, gentianæ, aristolochiæ longæ, rutæ agrestis seminis, omnium suprascriptarum specierum an. vn. 1. item rutæ radiculam, quæ facit ad porcorum incommoda, agni radicem, agrimoniæ radicem, dracontęæ radicem: quæ radix est quasi costum, & bene olet, acori radicem harum specierum singulas vn. ÷ adpendes, & omnia vel infra, vel suprascripta di-diligenter tunsa, & cribata in puluerem tenuissimum rediges: ac postea cum melle attico, quantum ad spissitudinem sufficiat permiscebis, atq; ex eo cum opus fuerit quanta auellanæ est magnitudo ieiunio dare debebis.

Extat Caridion. in lib. adscript. Gal. de med. par. fac. cap. 189. vbi videtur præliari nux contra nucem, seu sub nuce acta, ibi hæc scribentur. Ad veneficia, & præstigia caridion, & latum cuminum, & zocchij radicem, ad tertiam partem decoque, & ex vino vtere potui da: gestet, & glaneum ossa, hæc enim suffitu dæmones abigunt; glanis est genus piscis marini.

Nos verò præter iam dicta: hæc pauca ad horum morborum praxim redigimus.

℞. pul. specierem diamargarit. frigidi, cum gemmis dr. 1 ÷ vincetostici, carlinæ fugædæmonum baccharis, boniarmeni, coralli vtriusque an. dr. 1. lapidis Belzuar, herbæ pridis, vnicorni an. dr. ÷ zucchari albi dr. 1. pulverizentur, & benedicta dosis sit dr. 1. pro vice cum aqua parti affectæ conducenti.

Vel ex his pulueribus componi potest ellect. cum dissolutione zucchari in aqua proportionata.

Nec adspernendus est vsus olei vitrioli, & pręcipuè zulphuris ad guttas tres in aqua quinque folij, vel gentianę, vel perforatę, vel huius butyrum, mirè ad pectoris affectiones conducens ex Quercet.

Tum ℞. & mirum iuuat ad vires restaurandas ad labores, & ossium fractiones, ad inappetentiam, cordis tremores à dęmonum vexatione excitatos.

℞. diamargar. frigidi dr. 2. semin. hyperici vrticæ, herbæ paridis, coriand. præpar. rutæ syluestris, rad. angelicę odoretæ, tormentillæ gentianae, scopae regiae, gariofil. cinam an. dr. 1. pulueriza, & per tres dies infundantur in

vn. 3 ÷

vn.3.÷ aqua vitae; deinde colentur, & fortiter exprimentur, & dentur pro tribus vicibus patienti.

In conseruis parari potest hoc. ℞. conseruæ adianti, borrag. maluæ, fumariæ, rosar.rub. an. vn.1. pulueris suprascripti dr. 2.m. in vase dosis vn. 1.

Iam claudere proposueram, cum occurrit mihi sententia Sancti Aug. proferens, qui veritatem tacet mendax appellari debet; & bonum in tantum est bonum, in quantum est suimet communicatiuum; idcircò nolui hoc meum antidotum sub silentio abstruere. Antidotus contra omnes morbos Magicos, & antiquos; cunctaque venenorum genera, ac virulentos morsus animalium aeremque pestiferum, præseruatiua, & curatiua.

℞. vincetossici, imperatoriæ, bistortæ, peoniæ, scorsonariæ tormentillæ, draconteæ, angelicæ odoratæ, carlinæ, consolidæ realis Baccharis zedoariæ radicum an. dr. 1. Pulegi, lauri, origani, verbenæ, scabiosæ maluæ, cardui, bened. frassini; foliorum an.dr.÷ iuniperi, rutæ, citri, acetosæ herbæ paris, semin. an.3.÷ cinis cancrorum fluuialium dr. 1÷ pulverizentur omnia suptiliter, ac cribellentur tum adde theriacæ Andromaci vn.1.÷ mellis optimè cocti lib.÷ m. f. electuarium addendo in fine olei vitrioli, vel sulphur. grana 8. Huic cedat illud vulgo dictum, l'Oruietano, cum sciam ingredientia, & forzan alterum magni Ducis. dosis huius est dr. 1.

Alia pro ijsdem, etiam mira, & excepta pro peste anno 1572. & 1630. præseruat. & curat.

℞. semin. lactucæ portulacæ, acetosellæ peoniæ, citri excort. psillij, endiuiæ cithonij iuniperi, rutæ, herbę, paris, an. dr.÷ rosar.rut. setę crudę spodi cardui sancti an.dr.2.dictami, tormentillę Angelicę quinquę folij scorsonar. scordij chęlidonię an. dr. 1. contraherbę gentianę zodoarię fragmentorum lapidum, prætiosorum an.dr. 1. croci, & camphorę dr.÷ zucch. cand. vn. 3. m. f. puluis dosis omni mane dr. 1. vino vel acido quodam.

DE BALNEO.

Balnea habent etiam exorcistę ad miseros ęgrotantes succurrendos, ex aqua tepida multis immista herbis, quorum artificij hodierna praxis oblita sit, ac ab expiatoribus, & magis antiquitus vetita, vt testatur in lib. de sacro morbo 3. solent tamen euenire casus, in quibus eorum administratio saluberrima, & sępę necessaria censetur, sicut cum Vallesi. notauimus cap. de cibo. Idcircò, vt pręmanibus sint regulę pauca perlibemus.

Balnea vel sunt naturalia, vel artificialia, naturalia ad diuersos morbos in diuersis locis Italia multis sortita est quorum plerique scriptores memoriam colerunt, vt Sauanarola, Lumbardus, Baccius, Iazolinus, cęterique, & hęc vel sunt humida, vel sicca, humida sunt; vt aquarum dulcium, quę ex 3. aph. 15. solum extremas corporis partes dulcè euacuant. Sicca verò cum caliditate efficcant, & per sudores vniuersum corpus euacuare apta sunt. Paulus lib.1.cap.52. ad hęc restringit; balneorum naturalium alia nitrum, alia salem, alia alumen, alia sulphur, alia bitumen, alia es, alia ferum representant, non nulla composita, ex his omnibus reperiuntur, &c.

Quarę si balneum aliquod naturale reperiri legisti à Deo electum ad hos

morbos expellendos; consule tuis ęgris; ipse valdè conuenire natatorium Syloe iudico.

Ob naturalis defectum, maioremque commoditatem artificialia paranda. In affectibus igitur calidis laudatur aqua dulcis fluminis, in qua sint decoctę nympheę, tussilagines, salices, rosę, mirtus, acetosę, borragines, lactucę, cichoreę, iusquiami hyperici, verbenę huius enim decocti lauacrum peculiari virtute ad curandos hos morbos fulgitum est.

In frigidis affectibus miscendum est, vel sal, vel nitrum, vt in capitis, thoracis fluxionibus, in humido stomacho, hydropicis, ac laxis tumoribus, tum sulphur cum indigemus lenire dolores, neruosque emollire, ac calefacere, tum ferrum, dum curanda est lienis, ventriculi, mysenterij oppilatio, referente Paulo cit. nec vnquam prętermittatur miscela stirpum à proprietate oppugnantium his morbis partibusq; affectis conducentium quales descripsimus, cap. 3. huius lib.

Multi ad balneandum vsi sunt vrina humana tamquam magis vim habente abstergendi, esiccandi, ac penetrandi.

Nocent balnea impuris corporibus, & cachochimis, vnde 1. aph. 42. gal. ait balnea non prodesse, nisi euacuatis prius, & concoctis humoribus noxijs: Tum ante balneum pręcedat exercitium si tēperatum possibile sit, vel fricatio, & fiat ante cibum post fęcum euacuationem, hora pręsertim vespertina Alex. lib. 2. cap. proprio locus debet esse calidus, neque nimis immorandum est, cum substantiam nostram dissoluant, animique deliquia excitent, tempus sit quantum ęger ferre valeat, si plura cupis pete nostram tertiam petram de natatione. Demum memorandum his balneis nos sępe esse vsos ceu epythemate, cum spongis in affectis partibus, vel vt stillicidijs cadentibus alto.

CAP. *De linimentis oleis, & emplastris.*

POst corporis euacuationes in impuris, inter vnctiones in praxim obseruatæ sunt olea, vel vnguenta composita ex herbis, alijsque rebus parti affectæ, & affectioni iuuantia. Mesues extollit oleum de Gagate, sic paramus oleum de verbena, de bacchare, de hyperico, de iua, de ruta, de abrotano, de lauro, de absibthio, de chelidonio, vel horum extracta, ac quintas essentias, vel simpliciter, vel vnitim.

Ego in affectibus frigidis, & flatuosis, murmurationibusque frequentor hęc ℞. olei hyperici, rutæ, lauri an. vn. 1. olei magni Ducis, quintæ essentiae absinthij, roris marini an. dr. 1. balzami guttas tres m. prolinimento diuitibus.

Vel ℞. fol. iuae, palmae benedictae, aneti, lauri, verbenae, hyperici an. p. 1. rad. gentianae diptami, valerianae, manus christi, astrologiae rot. angelicae odor. an. dr. 1. contunde contundenda, & pulueriza puluerizanda, ac decoquatur in oleo communi; & parum aquae lustralis, & stillatitij vini deinde colentur addendo thuris, sthiracis cal. theriacae an. dr. 1. mitridati dr. ÷ nucis muscatae gariofil. cinam an. dr. ÷ ligni aloes dr. 5. ambrae, muschi an. gr. 2. vtatur externè, & internè ad dr. 1. 1 ÷

Aut. ℞. horum ingredientium sic puluerizatorum, & contusorum quantitatem

titatem dictam : macera per dies decem in vn. 4. aqoæ vitæ optimæ & vn. ÷ aquæ benedictæ in vase vitreo posita intra fimum equinum; deinde exprime, ac seruetur pro vnctione, qua facta prius solita benedictione vngantur tempora, pulsus, manus, pedes, labia, aures, nares, nuca, stomachus, & omnes articuli; vel partes affectę, quibus pro vt est intentio mepici applicari potest emplastri ferma immiscendo picem teredintum dr. vel vn. 1. intus assumi, quod magni solet esse auxilijs.

In calidis affectionibus applicari possunt olea mista, vt ℞ olei rос. amigd. dulc. hyperici verbenæ an. vn. 1. m. vel ℞ vnguenti rosati, vnguenti populeon an vn. 1. pul. diamarg. frigidi thuris palmæ benedictæ an. ℨ. ÷ m. In parte affecta vt in capite, in iuncturis, pectore, stomacho, hyppocundrijs, renibus est magnæ vtilitatis superponere hoc emplastrum ℞ hellebori nigri infusi per noctem in vino, & exsiccati vn. ÷ seminis anasi, fæniculi, peoniæ, rutæ, carui, hyperi-[illegible] vrticæ, thuris mirrhæ, corall. rub. rof. artemisiæ. rorismarinæ, laudani an. dr. [illegible] serapini, bdellij, elmi an. vn. ÷ dissoluantur hæc in aqua lustrali cætera puluerizentur, & cum pice, & terbentino f. emplastrum excellens benedicendi.

CAP. VIII. De Præseruatione.

CVm finis medicinæ sit sanitas, vel conseruanda, & a morbis præseruanda; aut recuperanda. hæc pertinet ad curandi methodum, illa nobilior ad præseruationem temnit, quæ sicuti in medica praxi consistit in dieta, sex rerum non Nat. inter tria medicinæ instrumenta omnium nobilissimum conseruandi sanitatem, & propellendi morbum ipsam esse victus rationem. ita in morbis veneficis principatum obtinet ipsa dieta spiritalis, quæ versatur in abstinentia à septem peccatis mortalibus, & obseruantia præceptorum Dei.

Et quoniam, vt dixi alibi, preseruandum est a morbo spiritali terribili, indicatio resultat vtendi armis spiritalibus, intrepidaq. fide; inter quæ, præsupposita confessione pænitentiali, cum sacra communione primum locum obtinere frequentem orationem Patres scribunt. & nos in lib. 5. §. 4. ibi docetur quid orandum.

Si Deus est tecum quis contra te? De dispositis ad hos morbos sunt multa pro preseruatione in lib. 1. cap. 6. & multas orationes cum hymnis S. Bartholomei, Barbati, Mercurij inuenies §. 28. 19. & 20. & passim.

Et quamuis dicatur non esse determinata oratio, vel breue, vel herba, aut lapis, quæ infallibiliter præseruare, vel curare hos morbos valeant. Negari tamen non potest reperiri multas orationes, aliasq, sacra, & herbas, & secreta Dei voluntate, ac concursu, si piè dicerentur, ac paterentur ad præseruationem, vel curationem conductura.

Inter orationes adscribuntur, frequens piè recitatio Credo in Deum, &c. Salue Regina, &c. Aue sanctissima, &c. Qui habitat in adiutorio altissimi cum oratione In principio erat verbom, &c. nomina Dei cum dictis abrenuntio tibi Sathan, & coniungor tibi Christe. septem versiculi Psalmorum. psalm. Miserere, &c. exurgat Deus, &c. Benedicti animi pietate obserua-

dice-

dicere hymnum S. Mercurij, & S. Barbati, & S. Bartholomei cum orationibus, cum confessione,& communione sacra, colere dies festos nostræ pijssimæ matris Mariæ Vig. tum in Diæ Virg. tum in die veneris sancti adorare S. Crucem 33. vicibus ex litteris Beatæ Iouannæ in honorem triginta trium annorum Chisti.

Inter sacra sunt cerei benedicti cum agno Dei S. Reliquiæ Sanctorum appensæ, & honoratæ, tum crux cum agno Dei, &c. sal benedictum, & alia, quæ quia scripsi in lib. 5. §. 8. non licet hic repetere. at iis omnino vtere.

Inter naturales, herbas, vel lapides, vel quædam animalium partes fusè scribebam lib. 2. cap. 2. inuenies, & cap. 1. fuerunt qui dicebant naturalia non prodesse magicis affectionibus nisi indirectè, quibus ego præseruenti; & non curo si directo, vel indirecto modo.

Noto 

Perstringam tibi pomum ad perseruandum a magicis morbis. ℞ frondium lauri, vettonicae, verbenae, rutae, saunae hyp...ci, quinquefolij, hyssopi, iuniperi, artemisiae, celidoniae, ang...., scordeon, nardi vhamni, absinthij, verbasci, anethi, ..., an. p. eqoales succisae seu morsus diaboli, radicis gentianae, valerianae, manuschristi, diptami, astrologiae esulae, hellebori, drauunculi, peoniae, polipodij, vincetoxici, tormentillae, garyosyllatae, lilij conualbrioniae, bistortae, baaras, centaurae, calami arom. calamenti, eupatorij, squillae stechados an. p. equales. seminis herbae paris, hyperici, nigellae rutae caprinae an. p. equales terrae sigillatae, lemniae boniarmeni, vnicorni, vtriusq. coralli. fragmentorum gemmarum, & margaritarum, gagaten, phylacterij, Argenti viui, mirrae, thuris, ana, galbani, sulphuris, an. p. equales hac omnia componuntur simul secundum artem atque cum gummis dissol. in aqua ros. ac argentum viuum possit vniri cum stagno liquefacto. conformentur pilae addendo balzami, sthiracis, muschi, zibetti, ambrae odor. ligni aloes sandalorum, ad libitum, & ad diuitias, benedicenturq. solitis benedictionibus imprimaturq. effigies S, Bartholomei vel Antonij, & valere possunt pro preseruatione. mirificè etiam contra pestilentialem aerem, vel in pestem magica arte excitatam, vt 1630.

LIBER QVARTVS PETRI PIPERNI BENNI. PROTHOMED.

De Strategemmatica Curatione.



Ntequam ad curationem strategemmaticam deueniamus opere praetium duxi de vi imaginationis aliqua praeludere, cum ea ferè tota versetur circa id obiectum & quod dicere non audeo neminem reperiri ab affectione phantastica adamussim liberum, idcircò sit.

CAP. I. De Vi Imaginationis.

EA animi vis quam Greci phantasiam appellant latina lingua imaginationem versit, à Platone vero pictura, cum mediantibus quinque sensibus interioribus in eius sensorio rerum species formantur, ornatè vocatur. Fuerunt philosophi inter hanc, & animę virtutes differentiam constituentes alij neq. a sensu differentem. Aristotelici vero volunt discrepare a sensu ab opinione, & ab intellectu.

Imaginatio enim propriam sedem in animali possidet, proprieq. operationes attribuuntur; & aliquando fallitur.

Sensus vero posita receptione, debita obiecti distantia, illęso suo organo nunquam est fallax. Tum quia sensus in actu fit a præsentibus sensibilibus; imaginatio vero an nota omni sensibili præsentia, negotiatur, operatur. immò non solum præterita, & præsentia, possibilia, verum suspectabilia, imaginabilia, & a natura impossibilia concipit. in somnis quoq. imaginatur, sed nulla sensatione præsentis.

Picus lib. proprio. ad id probandum addidit. Imaginatio in confinio intellectus, & sensus posita est, & medium inter vtrumq. suum locum tenet, & sequitur quidem sensum. cuius actu patitur: intellectionem autem antecedit, cum sensu coit, quia, & particuloria, quemadmodum ille, & corporea, & præsentta percipit; præstat illi; quia nullo etiam mouente prodit imagines, nec præsentes modo præteritas, futurasq. & quæ etiam promi a natura in lucem nequeunt, consentit ei, quia sensibilibus speciebus pro obiectis vtitur: eum vero præcellit, quoniam eas quæ a sensu derelictæ sunt, ipso etiam cessante. & sequestrat inuicem pro arbitrio, & culpat, quæ fieri a sensu nullo pacto possunt. intellectui conuenit, vt potè quæ libera. vaga nulliq. rei peculiariier addicta. prœcellitur autem, quoniam sensibilia, particulariaque tantum concipit. & effingit; ille præter hęc vniuersalia, & intelligibilia absq. omi materię contagio defecata in fędus pręterea superiorum omnium virium venit. quandoquidum officio eo. qua sibi natura impertijt, frustrarentur imaginatione non suffragante, admiculanteq. Neque enim aut opinari aut scire, aut iitelligere anima corpori alligata quicquam posset nisi ei phantasia ipsas identidē administraret species. hęc ille, tū descriptionē pgit.

Imaginatio est motus in animæ quem sensus in actu positus parit, & est vis quæ formas promit & sese, ac omnibus viribus potestas adnata, & quæ effingit omnes rerum similitudines, imprensionesq; uirium aliarum transmutat in alios, & est potentia assimilandi cætera ad se ipsam. his prelibatis.

De vi imaginationis extant duæ communiter sententiæ, prima nimis affirmatiua, altera negatiua.

Primam erroneè prosequntur multi cum Auicen. in 6. nat. 4. c. 4. & vt facilius intelligatur.

Volebat Princeps animam humanam per fortem existimationem vel affectionem non solum proprium corpus realiter immutare posse, sed alienũ. Ita vt fortis existimatio vnius sit potens corpus alienũ sanum existens ægrotare facere; egrum sanare; & quod est remotius à vero; niues pluuias, & pestes inducere, & cessare facere; addit Forliui.

Explicat & supponit, & si omnes animæ inter se non differunt essentialiter non communicantur tamen in proprietatibus & virtutibus earum propter cęlestium influxuum varietates ad ipsarum productionem concurrentium. vnde accidit aliquam multum eleuatam esse & nobilem; aliquam vero materiæ multum immersam; & consequenter aliquam multum actiuum; aliquam parum. anima. n. humana vel est ex substantia, vel natura intelligentiarum, seu principiorum inducentium formas, & effectus in materia; vel est eisdem principijs immediatè subordinata, & per consequens materiæ mundi inferioris dominatiua.

Secundum supponit quod naturaliter obedientior esse debet materia mundi principio & causæ nobiliori, quam minus nobili, alias subuerteretur ordo vniuersi.

Tertio quod anima humana quantumcunq; modicum in nobilibus proprietatibus eleuata, potest transmutare materiam extrinsecam, & corpus alienum; & nouam formam in ipsam inducere, mediantibus tamen transmutationibus & qualitatibus intermedijs: sicut anima medici sanitatem imaginantis & affectantis, potest in corpore ægro sanitatem inducere.

Notat quod ad hoc vt anima sit potens ad has transmutationes, requirũtur præter eleuationem dictam animę. primo fortis & affixa affectio animę. Secundo q subiectum illud sit dispositum ad talem transmutationem recipiendam, non. n. potest vt pute lapidem in hominem mutare. Tertio q anima hæc non sit subiecta passionibus sensibilibus, seu carnalibus, sed sit similis suis principijs sl. intelligentijs, ex quibus.

Positio Auicennæ est quod anima humana eleuata & nobilis cum forti imaginatione, & affectione, nullo corporali & reali intermedio, non solum corpus proprium, sed alienum localiter & formaliter potest transmutare.

Patet nam animæ sic eleuatæ vt superiori inferior materia parere debet.

Tum quia non minorem virtutem vel potentiam virtualiter transmutandi corpora possunt Cęlum & intelligentię imprimere in anima, quam in lapidibus, & gemmis prætiosis. sed impressa est virtus virtualiter transmutandi corpus alienum lapidibus, gemmisq; prætiosis sine instrumentis intermedijs vt hyacintho sanandi & conseruandi sanitatē; & expellendi ægritudinem cordis dum exterius applicatur (vt Auic.) hoc idem de smaragdo

cum

exterius obiecto oculis serpentis (.sl.viperæ) quos liquefacit, vt Serapio. cum igitur hyacinthus, & smaragdus non operentur per instrumentum reale intermedium, sed totum per contactum virtutis, non videtur irrationabile, quòd anima eleuata, & nobilis excellentior existens illud efficere possit.

Subdit Forliuiensis ex mente Auicennæ aliqua exempla quod autem materia mundi inferioris sit obedientior animæ quam contrarijs transmutationibus.

Primum exemplum est Auicennæ quod super angustam trabem extensam super terram quis securè & sine caso ambulat, quæ tamen si super profunda aqua poneretur nemo sine casu ambulare posset: quod non est nisi propter fortem imaginationem cadendi formæ, cui magis obedit corpus; quam virtuti motiuæ musculorum erigenti corpus.

Secundum adducit de gallina quando vincit gallum in pugna. ex Arist. 8. hist. animalium vltimo.

Tertium, q; si quis vehementer imaginatur, aut cogitat de Venereis (vt sunt iuuenes lasciui) erigitur virile membrum, ita vt quandoq; vis expulsiua, semen expellat: siccinè virtus naturalis ventositatum & spirituum motiua; ac expulsiua seminis obedit cogitationi.

Quartum, qnod puer genitus frequenter assimilatur ei, quem viderunt coeuntes.

Quintum, est, de oscitatione, ex primo probl. 1. & 2. Tum ex imaginatione minguentium, mingitur. Tum multi videntes commedere res verbas incurrunt in stuporem dentium.

Et patientes icteritiam, iuuantur per aspectionem in rebus citrinis.

Multi cogitantes de sanguine incurrunt in fluxum sanguinis. Eodem modo, & res rubeæ sanguinem commouent ideo consultè in exitu variolarum obiciuntur rubei panni. Aliqui intuentes vulnera, sentiunt ea, in determinata parte illius vulnerati.

Addo, quòd sæpe accidit, vt solus homo rideat, solus illacrimetur, ratiocinetur, & cum fętida sub oculis quasi proponimus, statim nausea excitatur. Et prægnantes ex desiderio, inficiunt fętus. Et sunt, qui solo medicinæ aspectu, non dico odore; expurgantur. Et quanti sanitati restituti sunt subitaneis; excitatis animi terroribus? gaudijs? iris? Ita vt ad curandam quartanam proiciunt serpentes; inuadunt ense euaginato, ad linguæ paralysim incendia domus simulant, quibus aliqui coxendlces, podagrici. claudici, sanati sunt. Gulones nonnulli epulas quasdam auidius cogitantes, suas simili qoodam sapore saliuas inficiunt.

Recolerem multorum pleraq; exempla, ni nimis protraheretur oratio.

Quare vt epilogentur Auicennistarum dicta inquit Garsia. Ad hanc igitur animam nobilem, velut causam naturalem, & sufficientem reducunt Auicennistæ mirificentiam operum, quæ per artem magicam, vel per imagines astronomicas, vel per verba incantationum fiunt: & Demum dicunt. quod mirabilia, & miracula, quæ commendantur in sacris litteris, per virtutem animæ nobilis, & constantis naturaliter facta fuerunt, & nullo modo supernaturaliter vt christianorum lex firmiter tenet.

Quæ ſententia, cum ſit ſuperſtitioſa, & vana chimeras Maumettanas ſectans, breuiter, ne ità ſtaret, euellere conati ſunt, inter alios Forliuienſis, Garzia, his, & ſimilibus veritatibus.

Primo quo ad illam diuiſionem adductam, quòd aliæ animæ ſint eleuatæ, & nobiles, aliæ infimæ, & otioſæ. Nam (Et parcat prolixitas) huiuſmodi animarum diſtinctio, vel eſt quiditatiua, & eſſentialis, vel materialis, & accidentalis.

Non admittitur primum; indiuidua.n.humanæ naturæ ſecundum eorũ animæ eſſentialem diſtinctionem, ſpecificè diſtinguerentur inter ſe; quod falſum practica demonſtrat: cum omnes homines in illis operationibus, & accidentibus coeunt, quæ totaliter propriam ſpeciem conſequuntur: tum homo rationem obtinet ſpeciei ſpecialiſſimę, & per conſequens animarum differentias, non poteſt eſſe eſſentialis.

Secundo neq; valet aſſerere eſſe naturalem, & accidentalem; cum anima ſit independens à corpore, & incorporea: Addo, quia anima intellectiua, cum non ſit extracta à materiæ potentia, ex ſe, & naturaliter antequam corpori vniatur, propriam formam habet, ideo eſſe nobiliorem, & minus nobilem, non poteſt procedere à corpore; neq; ab intelligentijs, cum iſtæ non creent animas; ſed Deus omnipotens; vt affirmat Auicen.

Quòd ſi ſtimulas, ſaltem animas nobiliores effici, ratione influentiarum, quæ prædominabantur in earum creatione, vt Iouis, Saturni, &c. & ratione operationum nobilium, aut ſi addis ratione diſpoſitionis corporis temperatiſſimi ad pondus, &c.

Huic longè ſatisfacit Medina, nam cum anima, ex ipſo Auic. ponatur à materia ſeiuncta, quomodo ſuſcipere poteſt cęlorum virtutes nobiliores, cum ſint corporales in ſui productione? ac forma, & ſubiectum proportione quadam, ſibi reſpondere non debent? verum demus hoc: cur non id ipſum cunctis hominibus, qui in eodem aſtrorum aſpectu gignerentur acciderer? cur non horum virtute naturam quotidie videremus peruerti? Multi profectò ſub illo Iouis propitio gignuntur aſpectu; ergo multi imaginatione, & forti æſtimatione, opera mira producerent; neq; tamen in quopiam mirabilem iſtam virtutem operandi, videmus.

Ex hac falſa ſententia, centũ & vltra ſequerentur abſurda; vt in vnomet ſubiecto ex vi duarum imaginãtium imaginationum ſint duo contraria; ſequeretur naturalis perpetuitas; mortuorum reſuſcitatio; vita ſine cibo; virgo, ſine maris concurſu impregnari; cæcus, & oculis carens, comprehendere colorem, & videre: negatio miraculorum D. N. I. Chriſti, aliorumq; Sanctorum, & cætera huiusmodi conſultè omittens.

Prima igitur concluſio, eſt falſa. quia nullam tranſmutationem, vel formaliter, vel localiter immediatè, anima ſic eleuata efficere naturaliler poteſt. Nam nec ſolæ ſpecies calidi, vel frigidi imaginatæ, vnquam valeant calidum, vel frigidum cauſare, niſi aſſocientur cũ ſenſibilis appetitus paſſione.

Addit Marc. Donat. de adm. hiſt. m. 2. c. 1. vel ex imaginatione forti agens anima contactu, id perfecit, vel non; non contactu, quia in maxima diſtantia agit; ergo ſine contactu; at quæ ſine contactu agunt, in infinitum agere poſſunt: nam interualli natura, in naturali actione, ſolum ratione tactus re-

qui-

quiritur; ergo anima nostra, in infinitum agere poterit, & per consequens erit infiniti vigoris, quòd est absurdum.

Secunda, quoq; mendax est; cum omnis actio naturalis fiat semper contrarietate, & resistentia, & ita est transmutatiua actio materiæ in forma substantiali, aut in motu locali.

Neq; valet, quòd materia inferioris mundi, naturaliter magis obedire debet nobiliori principio, quam ignobiliori, seu minus nobili;

Quoniam, non quodlibet agit in quodlibet; sed determinatum, in determinatum, & modo determinato. Efficacioris .n. & maioris virtutis, multo sunt intelligentiæ mouentes orbes, quam humana anima quantumcumq; eleuata; & cum hoc est materia mundi inferioris obedientior eis quam animæ humanæ; Sed illæ non possunt hanc naturam inferiorem realiter transmutare, nisi mediante actione: nam non imprimunt in hoc inferius, nisi motu, & lumine mediante, & non sola intellectione, & effectione; ergo nec anima humana per solam affectionem, vel imaginationem facere poterit.

Tum ex 3. phis. in omni transmutatione phisica, agens, & passum debent esse simul; sed numquam anima, aut imaginatio vnius corporis est simul cum corpore alterius; ergo,

Ad probationem adductam, de cęli, intelligentijs. Respondet Medina cit. & ad exemplum de gemmis, dic cum D. Thom. in 2. dist. 15. q. 1. ar. 2. quũ aliquid in rem à se distantem, per medium agit, non opus est, vt qualitas, cuius interuentu operatur, eosdem effectus in corporibus interiectis, indiscriminatim edat, sed pro subiecti natura, & conditione, quod luce conspicuum est, quæ sublimaria corpora calefacit, non cœlestia in quæ primo recipitur, &

Garsia subdit bellè, quòd quomodocumq; causa aliqua, est plurium effectuum productiua, quorum vnus, est altero posterior, & dependens, non repugnat effectum posteriorem peruenire ad extremum, & non ad mediũ. Et hoc ideo, quia medium potest esse susceptiuum prioris effectus, & non posterioris, vel quia medium fortius resistit, quam extremum: exempli gratia. Sol est calefactiuus, cuius calefactio dependet ab illuminatione, ideoq; potest illuminando calefacere extremum, licet non calefaciat quodlibet intermedium; mediam .n. regionem aeris, quæ sufficienter est disposita per diapheneitatem illuminat, & non calefacit propter multam frigiditatem. Alij directè tenentes contrarium Auicennistarum, negant etiam phantasiã posse in proprio corpore nullo modo transmutationẽ aliquam inducere, vt morbos, &c. Nos vt explicentur exẽpla relata, quia imaginatio facit casum.

Dicemus primo cum Forliulensi, & Thomaso de Garbo, quod simplex imaginatio, vel existimatio, aut species existens in anima (ad quam .s. non sequitur passio appetitus sensitiui) potest esse causa, tam per accidẽs, quam per se realis transmutationis corporis, cuius est imaginatio, vel species.

Quod, sit causa per accidens, notum est; nam imaginatio mouet spiritus ad cerebrum, & diuertit ab alijs membris, & per consequens, cerebrum calefacit, & sæpe sequitur febris ephimera vt ab alijs quoq; animi passionibus.

Quod per se sit causa: explicatur, sicut .n. lux, & plurimæ qualitates à cęlo influxæ, sunt naturaliter caloris, vel frigoris productiuæ, quamuis non

sint formaliter calidæ, vel frigidæ, ità species calidi, vt existens in virtute imaginatiua, ex natura propria in subiecto disposito, caloris productiua est & species frigoris, frigoris. Idq; dicunt dicta Aristot. in lib. de motu animalium absolutè, & causis eius, alterant phantasiæ, & sensus, & mutationes: sensus .n. statim sunt alterationes quidam existentes: phantasia autem, & intelligentia habent rerum virtutes: aliquo .n. modo species intellectiua calidi, aut frigidi, aut delectabilis, aut tristabilis, talis existit, qualis, & rerum vnaquæq; propter quod tremunt, & timent intelligentes solum, &c. item videns aliquis aliũ commedere rem acerbam, ex sola imaginatione percipit in ore acredinem, & ad dentium stuporem incurrit, vt 7. probl. 8. & alia exempla suprapofita. Sed ad nullam aliam causam per se, illam acredinẽ producentẽ videtur reduci posse, nisi ad imaginationem, & speciem acredinis in anima existentem, quæ in subiecto disposito, est naturaliter acredinis productiua.

Ex quibus, ad adducta exempla, dicendum, vel esse fabulosa, vel dęmoniaca, vel diuina; aut reduci ad spiritus, tam naturales, quam vitales, aut animales, mediante imaginatione mouente, ita ut ceu videatur obedientia quædam horum spirituum, ad virtutem apprehensiuam.

Ac vt scripta veriora appareant, coniunxit suas picturas Thomas de Garbo, in q. de animæ acc. quod non solum ex imaginatione causante appetitum concupiscibilem, causatur realis transmutatio in nostro corpore, vt calor, vel frigus, & similia propter motum spiritus cordis vitalis intus, vel extra; sed etiam sæpe, ac sæpius accidit alteratio in corpore nostro multifariè, ex imaginatione propter motum factum in spiritu naturali, & humoribus, & humiditatibus alijs; sicut euenit in multis accidentibus animæ, quæ vocantur animi affectiones, in quibus anima vehemens imaginans afficitur ad aliquod appetibile; ex qua affectione, non solum vitalis spiritus, sed naturalis, & animalis, & aliæ humiditates existentes in corpore mouentur, corpus nostrum multum alterantes. Sicut accidit quod ad imaginationem alicuius pulchræ mulieris, genitale membrum statim erigitur, & vehementer calefit. In coniunctione etiam masculi, cum fæmella, quũm vehementer imaginatio cadit super formam, & figuram alicuius accidit, quod fœtus illi similetur, & oportet ad hoc quod tales effectus sequantur, sit etiam dispositio, & aptitudo in materia. Et propter hoc non oportet, quod ex aspectu cõmedendi acerrima percipiamus in dentibus semper acredinem, vel stuporem, sed cum est dispositio propinqua in dentibus alicuius, ex humiditate aliqua, vel quauis alia causa, ad id incurrendum.

Ex aspectu similiter rerum rubearum, non semper causatur fluxus sanguinis narium; sed cum homo, est dispositus in suo sanguine, ad illud de facili incurrendum, & omnia hæc propter motum factum in spiritu, quicunq; sit ille spiritus, qui mouetur localiter, & alteratur per iam dictos modos, & talis spiritus aliquando est vitalis, aliquando naturalis, aliquando vterq. qui aliquando mouet vapores in ventositates, aliquando humores, & humiditates: si quis autem non poneret spiritum distinctum à vitali, haberet ponere prædictas transmutationes, fieri ex alteratione facta in spiritu, à corde procedente sm̃ diuersas, & varias imaginationes, causantes diuersos appetitus, & affectiones animę; in quibus accidit diuersimode spiritũ alterari, & moueri, &c.

Ad exemplum de Fascino, respondeas, vel esse contagium, seu imfectionem, vel pactum expressum, aut tacitum, seu antiquum cum Dæmone; at alibi plura.

De imaginationis falsa curatione stratagemmatica. *Cap. II.*

SÆpissima multorum euenit obseruatio, qui medicis remedijs sanitati non restituti, se magicis morbis esse vexatos, obstinatè mente concipiunt ità vt nec suorum, nec amicorum, nec medicorum, aut Rhetorici alicuius dissuasio proficit, ad falsam imaginationem diluendam, horum non solum morborum, verum medicorum præsertim melancholicorum impressam. Optimi medentis est, non tantum medicamentis, at calliditate, stratagemmate ægris opem ferre. quod Alex. Tr. c. 4. lib. 9, docebat, honestum est morbum vincere, & omni machina, ægris succurrere. Nos vero Christi Fidei imbuti, addimus omni machina, quæ non repugnat fidei præceptis: nec sequenda temeraria, & erronea sententia Paracelsi lib. de morbo cad. contendentis, nil referre, an Deus, vel Angelus, vel Diabolus, mundus spiritus, vel immundus, ægro opem ferat, modo curetur æger: cum omne bonum, & datum optimum à Deo est; sanitas cum sit quid bonum, studere debemus, vt ab ipso modo procedat, contrarijsq; factis, ne prodeat interdicendum.

Neq; etiam mihi arridet opinio ea, asserens, quòd liceat in hac stratagemmatica curatione, ad auferendas falsas illas ægrorum chymeras, vti carminibus, numeris, musica, figuris, determinatis temporibus, ac diebus ceremonijs amuletis, &c. vel alijs occulta qualitate, tali imaginationi deprauatæ iuuantibus remedijs. Quæ etsi respectu medici stratagemmaticè agentis, pieq; includi non videatur aliquid superstitiosi, datur tamen occasio ægris, vel astantibus, his vanitatibus credendi, vel falsè suspectandi, malèq; sentiendi.

Idcirco cæteris omissis, vltimus modus occulta proprietate iuuans, non spernitur; dum sine vlla vana obseruantia, exerceatur;

Maiori ergo commoditati, quæ à Græcis, Arabibus, Latinis verè elegi, pauca hic perstringere, fas sit: ac addam, quæ à signaturis primo, ac à similitudine iuuant.

De signaturis membra corporis iuuantibus. *Cap. III.*

Capiti prosunt.

AGaricum, scilla, folliculus, floris peoniæ, pericranium herbaceum iuglandum, nucleus ipsius cerebri, papauer, cranium humanum, vngula Alcis, hirundines;

Capillis.

Adiantum, aliæq. herbæ capillares, folia capillacea thapsiæ mira in alopecia, lanugo malorum cydoniorum, capilli granorum Indiæ; capilli humani destillati.

Au-

Auribus.

Asari folia condita, oleum ex cochleis.

Oculis.

Flos euphasiæ, flos acteris attici, flos potentillæ, hieracium, scabiosa; grana nigra, herbæ paris, pupillæ conducunt; lapis beloculus, opalus, folium persicariæ, chelidonium, cuius vinum sanguinem concretum è corpore ad miraculum expellit: hepar caprinum.

Naso.

Foliū mentastri aquatici, cuius extractū valde confert amissioni odoratus.

Dentibus.

Acini mali punici, & cydonij, ad vitia gengiuarum, & dentium firmitatem, radix herbæ dentariæ, hyosciami, pinei nuclei, lepidij radix etiam appensa.

Gutturi.

Pyrola, ceruiciaria, vuularia in gargarizatu, pentafilonis radix, ad strumas.

Mammillis.

Cochlearum nudarum sputamen ad fissuras; specula pennarum pannoni hausta ad vbera male affecta, & concreta: cuminum aceto tusum, lac arcet, & expellit; coagulum leporis, hædi, fissuris medetur inunctio glutinis ex vberibus vaccinis.

Pulmoni.

Pulmo lupi, vulpis, pulmonaria, tam arborea, quam saxea, cor, & pulmo ericij.

Cordi.

Mala cydonia, myrobolanum. melissophyllon, folia melissæ, fructus citrij, anthoræ Alleluya, corupupæ, vel hirundinum, nardus, os de corde cerui, cor motacillæ.

Hepati.

Hepar lupinum, ad omnia vitia eius; fungus quercinus, & betulinus, quorum pulueris inspersione sanguinem sistit: hepatica lichen, iecoraria, fontium parietibus adherens, pira.

Lieni.

Ceterach, scolopendrium verum; tamaricis decoctum; lingua ceruina; lupini decoctum; infusio calybis præparati, quæ valet etiam maleficijs.

Ventriculo.

Zingiber; Galanga; folia cyclaminis; vmbelicus Veneris; ventriculi gallinæ; lupi corium gestatum; vel vulturis, ad digestionem.

Intestinis.

Cannæ; cassia fistula; calamus aromaticus; lumbrici intestina lupi.

Pudendis.

Pini fructus; glans; hieracij caulis, ad inflammationem penis bibitus; ciceris vel fabæ farina; Aron herba est instrumentum generationis. porrum; flores Cynosorchi, ad fęcunditatem inuitant; Mora sanantur mori frondium, ac fructuum puluere, tum cinere scarabæorum. inguinum inflammationes tollit, pes leporis herba.

Vtero.

Vtero,

Aristolochia rotunda, puerperis opitulatur; macis, quę est matrix, nucis myristicæ, leontopetalon; cyclaminus; sabina; malum granatum; interior cortex betulæ viridis; vesica carpionis siccata parturientibus; matricis gallinæ puluis, in collum matricis iniectus fluorem exiuat, & sterilitatem tollit; & idem vulua, vel coagulum leporis, vel testiculum.

Vessica.

Vescica bouis, suis, pubi imposita vrinam cit, vesica ouilla, vel caprina bibita, mingentibus in lecto; Alkakengi.

Renibus.

Propriè portulaca, sal urinæ humanæ contra calculum, milium solis; semina nespuli; sanguis hirci, cerebrum leporis vstum.

Secundinæ, vim habet expellendi Nimphea, & exuuij serpentis cingulum; ac secundinæ lotę puluis.

Spinæ dorsi; filix semina, equisetum,

Ossibus, Gratia Dei, seu Geranium:

Neruis, & venis, plantago; salza perillia, vel nostrata, nerui Gruum, onagri, apri, ciconiæ,

Poris cutis, Hypericon, radix tormentillæ, nodos in cute tollit; semina viparum, & lentium ad variolas:

Manibus, palma Christi; ficus folia; quinque folium; panaricio, lumbricus viuus impositus.

Pedibus, pedes anserinorum, cum artemisia; pedes gruum; nerui vulturis alligati, vel leporis talorum estremitas, cutes vituli marini; magnes, affectus articularios alleuiat.

Quarum virtutũ si petis rationes, confugiendum est, vel, ad totius substantiæ proprietates, seu occultas vires, aut ad insensibiles quasdam partes, vel spiritus è rebus illis defluentes, ac deinde mutato aere, per inspirationẽ attractos.

His ergo, minime nefas est, ad hominum vtilitatem phisicè vti. Medentem verò, non medica tantum, at rhetorica arte oportet esse imbutum, sæpe .n. est simulandũ, dissimulandũ, adulandũ, arguendum, increpandumq;, ac sanitatis spe confidentia, firmiter animum implendum, vt fides radicaliter adhibeatur.

Neq; circumforanei officij, pro vtile fine consequendo honesta calliditate vt ocularitet viderentur magicæ materiæ esse euacuatæ vomentibus, vel purgantibus medicamentis misceri autumant, vel succos, vel pulueres facultate præditos tingendi ad viridem, ceu puluerem cassiæ, aut mellis adusti, violarum, rubeæ tinctorum, sandalorum, verzini, tum capilli triti, & his similium. Falsa .n. imaginatio rebus simulatis, vt plurimum vera, viuaq; redditur, ac vt callidior res euadat, subscribam pauca exempla obseruata nobis.

Obseruationes stratagematicæ. Cap. IIII.
Exemplum Primum.

QVidam mercator (vt taceam nomina) ex ludi magna iactura incidit in melancoliam, mæstus erat, & pauebat, in somnis; dolore onerante ventriculum, assumptis quibusdam medicamentis, non conualuit; pertur-

tur-

turbatus medicum vituperans, cum morbum non cognouerit esse magi cum; cui contradicentem medicum furore ductus, abrenuntiauit. mihi accito historiam narrauit, obtempero, adulor, ac polliceor, veneficium illud, in stomachi cauitate fixum, me expulsurum; si prius confessus pio Sacerdoti, medicamenta assumeret, adiurans, annuit libenter. Ordinata quędam sunt esculenta, ac potus, syrupiq; , vt ab exorcista benedicentur, iussi; cęlatimq; ex pilis, lanarum filis, pice glutinatis, &c. aceruum quoddam compono, tum pulueris Alkeroti drac. viij. propinauì, in tertia vomitione ea compositio callidè fuit proiecta in vase. ac ficta astantium admiratione, & exclamatione, languenti repenti demostrata, iam fassus est sanitati, se mihi esse restitutum.

Secundum.

ALtera vxor fabriferrarij, cum articularibus doloribus diù laborasset, in deprauatam incidit imaginationem, se numquam medici auxilijs curari, cum sit maleficio vexata; Promitto his veneficijs. vt obseruatorem, efficacia remedia possidere, ac in pristinam sanitatem cito eam reducturum. Illa, quia Deo, & tibi, fidem firmam habeo, cunctis tuis præceptis parere, sum parata, inquit. Fabricata cerea imagine, omnibusq; articulis acubus infixis, in culcitra infra lanam abscondita; (interdicta omni suspectione de aliquo male sentiendi) imperaui, vt perquirerent in cardine ianuæ, in arcis, & tandem intra lanas anchiterij: totiusq; tori, & quidquid notatione dignū reperiant, conseruent. En sua soror, magnam simulans admirationem, ceu terrore concussa imaginem illam lanæ particula inuolutam, manibus extollit; iam sana es, clamans; super infirmæ cubille eiecit; qua ab ipsa inspecta; vsaq;, eius imaginatio dilucidata est.

Tertium.

NOtarius, cum hyppocundriaca melancholia viscerum cruciatibus, terrore, & mestitia esset affectus, nulli medico remedio credebat, cum falsè imaginabatur, sanguinis mestrui puluerem in pane dulciario, à iuuene meritricula, ei propinatum fuisse. Cui ipse, argumentis quibusdam sophisticis affirmans, sanguinem quendam conglobatum arte repertum, furtim pharmaco purgante, purgari curaui; siccine falsa imaginatio euanuit; etsi, per multos dies cruciatus fuerit dolore flatuoso; chinę decoctis, aloeq; rosata frequentata, victuq; proportionato, sanus euasit.

Quartum.

ERat, & alter iuuenis adulter, amore captus Beneuenti, adeò blanditijs cuiusdam feminę comprehensus, vt aduri circa cor ipsumq; , ceu perforari sentiebatur; incidit in delirium, adiurabat, se esse maleficio vexatum à puluere quodam ingesto in pastillis, vt ipse recordari cogitabat; suam heresim inspiciens, preparato corpore, puluerem nostrum ex hellebero macerato in infusione rof. perf. alibi descriptum, (pręcedentibus benedictionibus) obtuli: ac occultè proiectis cineris, & carboni pulueribus, in aquimanario, vbi vomebatur, illis deinde circumstantium admiratione, patefactis; se liberum esse pronunciauimus; ac ad iacula cupidinis oppugnanda; meliusq; conualendum, Romam petere pietate animi, cęliq; mutatione consului: non longo tempore litteris, libertatem se recuperasse, me certiorem fecit.

Quin-

Quintum.

NObilis quædam Iuuenis innupta, amore exardebat cuiuſdam viri inuicem frequentatis nuncijs, ac affectatis muneribus, agitata eius phantaſia, incidit in melancholiam: interrogata per quatuor dies non reſpondebat; quare attonita, & muta iudicabatur. Cui ego pollicitus ipſam ſanitati reſtituere, licet à morbo magico, vel cupidinis ſtimulo (de quo dubitandũ) laboraret, adiurans me omnium ſuorum arcanorum, fore ſecretarium: arrectis auribus, me ſtare promiſſis conſtrinxit, ſecretè hiſtoriam narrauit concludens, ſe pro fidei articulo tenere, ab amante ingrato, eſſe agitatam. contrario arguo, diſſuadere tento, vim illam eſſe amoris rationis obliuionis, conſilia recta turbatoris; hæc, & alia cum minimè prodeſſent, placidis verbis, ad ſacramenta piè ſuſcipienda, cohortor; perq; ſeptem dies recitando pſalmum; Qui habitat in adiutorio &c. ac ſanguinis miſſione emaciata, libera vſq; ad nouum ſponſum euaſit.

Sextum.

OCcurrit Vir quidam, amore amens, & melancholicus, & quod peius, omne medicum auxilium ab intra, recuſabat. à partibus naturalibus, ad animales vſq; auram, ſeu flatum aſcendere, & deſcendere ſentiebat, cum ſthomachi dolore, & tremore. acriterq; ſuſtinebat, veneficium ei fuiſſe propinatum, forma pulueris à vetula quadam infida; opinioni huic falſæ adherere, ſum coactus, vt collo ſuſpenderet breue quatuor illarum candelarũ benedictarum exorciſtis in vſu, præpono (purgatiſq; ſuis peccatis, ſacramento pænitentiæ) ſuper ventriculum, oleum illud benedictum, linire, iubeo; hinc materiam maleficam, vomitu expelli pro certo tenere, teſtor; ſuiqs parentibus pulueris Alkeroti grana 8. vt cum ouo ſorbili furtim propinent præbeo. qua re multa materia vomitu educta, iam ſanus factus es, ſubdidi, noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat.

Septimum.

QVidam meus compater, corpore gracilis, complexione frigidus; cum voluptatis amore, vxorem duxiſſet; duos ante dies, dum himinem perforare cupiebat, Vetula minante capite, cui matrimonium illud, non arriſit, increpauit. væh tibi ij, ij; iſte, verba minantia, timido animo concepit: ità vt cum nocte ſponſalitijs, fruere debebat, virile membrum erigere non potuit; ſudabat; ex intimis ſuſpiriaq; trahebat; vxori auidæ protulit, ſe ab ea vetula, eſſe maleficiatum. ſequentibus alijs duabus noctibus, nec ſoluere debitum valuit; præpoſita quædam remedia, mihi conſuluit, vt per anulum benedictum mingeret; vel per anulum ianuę tẽpli; vel ſumeret aquã illam ab Arnaldo, quibuſdam nominibus poſitam, & pleraq; alia; quæ cum ei pateſierem, eſſe vanam, & ſuperſtitioſa, iuſſibus meis ſubiecit. Probabiliter confeſſus ſum, ſe maleficio nexus affectum. tamen quia vetulam illam maleficam non cognoſcebam; nec eam ciuitas habebat. ſpeculor gracilitatem infirmi, & an ex timore imaginario potentiam veneream flucceſcente, debilitã teue, frigiditas hæc potuerit concauſari. Macte animo ſanitatem tibi polliceor proferens, ego animum eius vigoraui. inſtituto victu venereo, vigoranteq; (ambobus prius confeſſis) duxit mihi iubenti Coruum, cuius fel accepi, & cum oleo ſeſamino, balzamo, & hyperico iuncturas, caudam, ac pudenda,

denda, liniri percepi; ac ante quam coeant per 4. horas electuarium diasatyreon commedit bis, illaq; nocte, & in posterum vxorem suam cognouit; frequentauit etiam sero hunc suffitum. ℞. fol. rubi, & florum; si sint, aristol. rotund. rad. thuris ana p. equales.

Octauum.

Nobilis quædam mulier, puellam vnam peperit; sterilis, post quattuor elapsos annos, imaginata est, se non posse concipere, propter maleficij suspectionem; cum aliqua remedia, ad conceptum, non contulerint; probabiliter id contingere affirmaui, at simul putaui, vterum post partum, contraxisse frigidam intemperiem, & humidam; Sic elapsis mestruis, repurgata, per otto dies, coitum penitus interdixi; interim vt bonis cibis, generosoque vino vterentur, inter quos, laudaui columbos iuueniles, passares, carnem leporinam, &c. tum balneo isto calido vterus balnearetur. ℞. fol. abrotani, artemisiæ lauri, mercurialis, origani, pulegi, neperæ, hyssopi, bettonicæ, linguæ ceruinæ, agrimoniæ an. p. 1. cinnam. g. ryophyll. macis, thuris ana dr. 1. bulliantur in aq. fontis ad consumptionem quartę partis, ac suffimigetur prius, deinde supersedeat, balneando per horam.

Tum supponatur in vulua. ℞. nepetæ recentis p. 1. coaguli leporis, fellis tauri, & mellis q. s. ad faciendum pessarium cum lineo panno. vel ℞. vuæ passulæ cum granis, foliorum, mali granati siccorum an. dr. 1. cum melle fac pessarium teneatur per duos dies deinde iterum remoueatur: tum media nocte per 7. horas à cibo assumeret dr. ij. confection. diasatyrionis, ac parum coaguli leporis, superbibendo vnc. ij. vini optimi, vel guarneti; semper vero, dum vsus vrgeret, bibebat aquam chinæ; tum iringis conditis, vtebatur mane; ac cunnus vngebatur hoc linimento. ℞. olei nepetæ, flor. citrangul. ligni hederę, hyperici an. vnc ÷. musci, ambæ, ligni aloes an. gr. vi. rasurę eboris, & coaguli leporis an. scr. i. ÷ cum cera q. s. m. f. linimentum mirum: acceptum ex secretis proaui. Quibus celebratis solitis benedictionibus, ad morem gerendum, per singulos tres menses, verè postremum fœcunda facta est ex mare, quem ego sacro fonte leuaui.

De morbos simulantium, Vromantium, aliorumq; stratagemmatibus. Cap. 5.

AD Stratagemmaticam artem agnoscerę attinet, qui morbos simulant, vel causa ludificandi, vel carceribus detenti horum morborum fide, medico approbante, vt iustam magistratibus occasionem, aut exeundi, vel liberè vagandi, aut leuiter torquendi representent

Vel mendici, qui inglorij multa fingunt, vt largius elemosynas lucrentur; hoc. n. pernoscere Medicum diuinatorem, gloriosum, ac admirabilē reddit. Ciuitati autem conducit facinorosos homines punire; debellare mendicantes falsos; otiosos laboribus triremis exercere; amantes ægrotare simulantes detegere, ne medica ars infemetur, apud eos.

Solent carceribus clausi, de morbo aliquo interno simulare, nobis tantum manifestando clamores, tortiones, ac querimonias, vt de colico, nephriticoq; dolore, flatibus hyppocundriacis, maniarumq; generibus aliquibus, &c. qui

sunt

sunt morbi sine febre, sine pulsuum mutatione. Vnde ne animam nostram inquinando, temere ad Iudices referamus, sedula est medico adhibenda diligentia.

Altera fingendi ratio est, cum quispiam data opera, aliquem sibi excitauerit morbum, breui tamquam a leui causa externa duratarum.

Febrem cum mētis turbatione per aliquot temporis spatium mentiuntur epoto semine alterci. illas etiam accendunt radices mandragoræ vino emacerataæ, tum anacardina confectio, castoreum, myrrha, assa fętida, calamentū, ammoniacum ex.f. 2. 1. Auic. 3. alij cornuti scarabei oleo pulsus inunguni ex Card.

Vomitibus languere videntur alij, ceu animam euomentes ingesto hellebo ro albo, vel antimonio, vel puluere Alkaroti.

Infirmi, ex quibusdam signis, vt cernantur agunt multi, superiorum brachiorum musculis circumligatis, pulsum constitutionem immutant, vt languida, ac inequalis vel nulla præsefert facultas.

Colorem faciei, aut corporis variant alij croco, vel rhabarbaro liquefacto, vt icterici, & periculosi appareant. & pallorem, ac faciem hippocraticam cuminum inducere tradunt. puniuntur etiam Medici, & alij remedia docentes ex Ripa de pestis præseruat. num. 175.

Labia, ac linguam tingunt alij, aut corticibus mali punici, vel mali agrestis, tum croco, sandalis, viola, cassia, moris; vt rubea nimis, crocea liuida, nigra, scabrosa appareat.

Sanguinis sputum excitant ex suсto, ex gingiuis sanguine. Multi morsu tarantulæ affectos se simulant aliqua in corporis parte excitato liuore, musicam, sonum, ac rubeos aureosq; colores appetentes saltando, semiq; mortui cadentes per tres dies, vt nummos animi pietate expiscent.

Tumores mentiuntur cum thapsia, seu herba flammula, & elegantius cum aqua crabronum, aut vesparum, vnde remedio assumunt theriacam.

Elephantiaci non nulli se reddunt, excitando in facie tubercula, ac pustulas fabrili glutinio, vel oleo calcanti, calcis, cantharidum &c. insitam circum fauces adstrictam tenentes, arte vocem raucam fingunt.

Vlcus crustrosum in tibijs, natibus, bracchijs producunt mendici, vt lucrosi fiant, calce, sapone, & sinapi; vel cantharide, & sapone, vel euforbio &c. de horum pœna Ripa de pestis pręser. num. 173.

Multi arte prouocant ramicem, vel tumorem thapsia, euphorbio ventosa seu cucurbitula in stroto inducendo, aut syringa fictula proprio ore eum tumefaciendo; hãc artem obseruaui in carceribus spiritalibus Vicario. sedente Perill. ac Reuerendiss. D. Nobilissimo V. Annibale Melario Senę illi tamen ob animi benignitatem simplicem suspensionem non concussionē dari iussi. Cum. n. exigua est ramix vel vmbellici eminentia ac facinorosus homo, fascijs ligatus vtrumq; genus corde sustinere potest. latè tractat Fort. Fid. in Rel. Med.

Multæ mammas visu horrendas cancerosas, pelliculis ranarum, vel corio aliquo suptili cum glutine coherentibus, spongisq; imbutis sanguine parant.

Liuores in corporis parte aliqua, vel carnes exugendo, vel colore liuiditatem simulantes vt indicum; viola, lilium &c. iniqui multi excitant non so ū

se de crimine defendēdos, sed de illatis verberibus alios gratis ad accusandū.

Animaduertendum non ex quocumq; leui liuore argumentari posse grauem, vel mortalem esse affectionem vt aliqui faciunt, siccine verberibus cęsi, vel ægrè vel minime viuerent, & Nero Imperator, his esset mortuus, Plin, lib. 13. c. 22. qui initio imperij nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illiniens sibi cum rad. thapsię thure, ceraq; & secuto die contra famam, cutē sinceram circumferebat. Verum indagandam, an sit pars aliqua principalis liuida, vt animalis pręsertim tempora sincipunt circa collum. Spiritali, vt costę pectoris pręcipuè sinistrę &c. vel naturalis vt hyppocūdria, vessica, vterus, scrotum. ac maxime perscrutari quæ synptomata secuta sint? & an verè indicare possint partium principalium, vel minus principalium lęsionem, quæ caussa esset, vel fuit mortis, vel mutulationis, sed alibi de his cum hæc acceperam à Plin. Auicen. Gal. occurrit mihi liber 2. rel. Med. Fort. narrans.

Alius cadauerosum brachium magna omnium admiratione fulctum fercula ostentabat: proprio. n. brachio post terga occultè reuincto, aliud inuicē ex suspendiosi cadauere thoraci aptauerat.

Nonnulli elapsum, ac pendulum intestinum, turpi spectaculo visendum præbent; ac sanie, taboq; persusum: bubulo v. d. intestino in anum submisso, ac lacte, & sanguine per spongiam, quæ intus latebat continuo instillante.

Nec minoris etiam inpudicitiæ, mendica quædam procidentem vterum mentiebatur: dum in extremum ceruicis vesicam bubulam, flatu semiplenā ac turpi sanguine oblitam intruserat: in exitu autem pudendi spongiam indiderat: quæ illabente vteri illuuie turgebat: a qua etiam quasi cuneo aliquo, & vesica retinebatur; & falsus vterus quasi sanie quadam mandebat.

Alij vrinam sanguineam reddunt potu dr. ÷ rubeæ tinctorum, vel ficus fructus indicæ, alij citrinam cum Rheubarb. vel fętidam, cum asparagis.

Stercus etiam tingunt cassia, viola, moris; sanguineum fluxum mentiuntur, potu ieiuno stomacho minij, aquæ salsæ immisti.

Sed longior nimis protruderetur oratio, sat scire plerosq; reperiri his, & alijs calliditatibus indutos. multi. n. muti se simulant, alij habere intus serpentem in somnis ingressum. nonnulli miro modo contrahuntur, distorquentur. multi imitātur epilepticos, sapone in os indito, spumam emittentes; aliqui gutta serena obcęcati; alij saltantes colorant vi morsus tarātulæ. aliqui semper esse coactos saltare vsq; ad solis occasum. vi cuiusdam miraculi. Multi se Dęmone oppressos esse fingunt deformes visu representantes, vlulantes, vel latrantes, vanaq; multa proferentes, ita vt admirationē indocto vulgo afferunt. Ac stratagemmate, stratagemma manifestatur, appensis Amuletis non sacris, simulantibus nobis, esse sacra.

Simulant alij se esse magos, Dęmonemq; ligatum possidere in lapide; vel phiala hominum futura diuinantem, vel morbos omnes etiam veneficos curantem, & hac simulatione multa expiscant, furanturq;.

Pleriq; se sanctos finxerunt, celicijs, orationibus, hippocraticis, ieiunijs. & fuerunt, qui non cibis, sed Spiritu sancto nutriri, populo persuasi sunt; quas fraudes narraui in Petra Med. 2. c. 4. impressa Neapoli.

Obseruandi igitur, ac puniendi acriter sunt isti scęlesti impostores, alieno labore otiosi viuentes; sæpæq; alienis fortunis sub ouium forma, tamquam

lupi

lupi insidiantes leonicinia, veneficia, proditiones, vrbium aliquando secreta consilia ex plorantes, inimicis referunt; edificiorum incendarij; qui aquarũ fontes, puteos, vasaq; aquæ lustralis, vel portarum annulos veneno pestifero infectores esse solent. vt anno 1630. exempla sunt ex peste ab ijs strigonibus illata Mediolani, multisq; Italiæ locis 5000 millia & vltra corpora humana depascente.

Tum etiam maiori pęna condendandi circumforanei, & Vromantes malefici, qui urinæ inspectione, quibusdam ceremonijs scripturis, ac imposturis, multis vanisq; obseruationibus plurimas condunt superstitiones, ita vt se iactant diuinare, non solum de specie morbi, de parte affecta, de morte, & vita; at de ætate sexu, patria, de diuitijs, ac paupertatibus, de alijs euentibus, de fascino, maleficiorumque generibus; ac de rebus ablatis à furibus; punctis, quibusdam Geometricis in vrina inspectis; circinoq; mensuratis; vel anulo quodam magico, vel speculo incantato, vel phiala dęmoniaca ex vrina, cuncta scire blaterant; sępeq; impia, ac illicita cum immodicis, & stultis miscent.

Et cum de maleficis, fascinijsq; diuinare istaq; curare se iactent furtim instrumenta maleficialia, vel abscondunt, aut dextro modo, vel præstigiosè vomitu, vel deiectione simulant esse ex pulsa, vt famam atq; lucrum expiscent. historias narrat aliquas Forestus lib. 2. de incert. vrin.

Stratagemmate, quoq; quodam multi versuti medici orationibus, obseruatis loquelis, cum egris, & astantibus, seruis, callide percontantes prædicere iactantur: de morbo, vel de parte affecta, de sexu, seu re aliqua, ceu scire illud acciperent ab inspecta quadam diligenter vrina, vt apud vulgus gloriosiores eant. Plebecula, ac rustici facile decipiuntur à versutis; obseruantur stratagemmata multa apud Criminalistas, apud Iudices in regendo, vt obseruauimus multa, & notatione digna apud D. Sigismundum Collem Aduocatũ Fisci in causa spirituali Illustrissimi D. Patriarcæ Alex. Archiep. Ben. at inter Regni Principes primo, primi Alexand. de Sangro in criminalium reorum examine.

Similibus calliditatibus, seu potius deceptionibus vtuntur Blateones in suis electuarijs, vnguentis, oleisq; vendendis; cum periculum primo ipsi facere simulant, vel dum venenum accipiunt (præparato prius stomacho antidotis, cibiq; stomachosis repreto, vt facilius vomant) contra quos Mattiol. lib. 6. vel dum manus proprias vrunt ignea flamma, munitas prius ouorum albuginibus alijsq; stillatitijs, aut aqua vitæ, &c. aut dum vulnera alicui corporis carnosæ, cutaneæq; parti iniciunt &c. vel cum publicè sanare fingunt hominem ab ijsmet prius malitijs plenum morbos simulantem, vt suis remedijs fides adhibeatur.

Aliqui tamquam abstrusi latrones promittunt arte chymica es, in argentum; argentum viuum congelare; argentum, in aurum transmutare; aurumq; multiplicare.

Alij, vt gloriosiores habeantur simulant se arte astrologica esse decoratos, ac ab astantibus, vel ægris grauitate quadam petunt, quo die, qua hora incæperit affectio, (vtinam hanc scientiam callerent, forsan non blatearent) tabellaq; visa de dierum & horarum decubitu sine signis, sine pulsu, sine vri-

na, morborum differentias agnoſcere iactant gratis, ſic principiat.

Die ſolis ſi quis ægrotare incipiat ſiue remedium petat, dicito morbum eſſe calidum ex flaua bile, cor angi dolore, & membra omnia grauari ægritudine. Hora ſolis, corpus nimiò affici ardore, & membra veluti incendi, dolorem in corde, ac renibus eſſe. Die Veneris languorem, & veluti contractionem eſſe circa lumbos, renes, teſticulos, ſpinam, vmbelicum. Hora Veneris dolores iuxta renes eſſe à frigore ortos, & ægrum multiplici cura, ac ſollicitudine torqueri. Die Mercurij adfectum eſſe pulmonem, ægrè ſpirare, & inde corporis totius ægritudinem, ſenſuum vires perturbatas, graues cogitationes. Hora Mercurij, tumores in corpore, dolorem in lumbis, qui ortus eſt ex æſtu nimio & frigore ſequenti, aut è vento aliquo. Die Lunæ, phlegmata caput infeſtare. dolorem eſſe in lumbis facile poſſe in apopleſiam incidere. Hora Lunæ, morbum eſſe ortum ex humore adfirmes, atq; dextrum latus, male habere, & niſi citò ſuccurrant periculum fore de vita, circaque occipitium dolorem; Die Saturni; morbum eſſe frigidum & ſiccum, & diuturnum, ortum in liene, membra omnia grauari, & maximè ſtomachum. Hora Saturni morbum eſſe natum è ventis, ac frigore, lumbos, & ſplentem infeſtari. Die Iouis, redundare ſanguinem ob hepatis calorem nimium, dolorem eſſe ſub pulmonem, circa dextrum latus, febribus ægrum laborare. Hora Iouis, adfectum eſſe hepar, tremore, ac frigore corpus commoueri; ſed morbum non eſſe diuturnum. Die Martis, morbum eſſe calidum & ſiccum, laborare febri, anxias cogitationes habere, languorem eſſe in renibus. Hora Martis, febres & tremores eſſe in corpore redundare flauam bilem, iminere morbum regium: huic ne detur medicamentum, niſi hora Martis. hæc eſt communis natura planetarum. dies vero errantium ſiderum accipe ab ortu ſolis; quæ & ſi non ſunt ſemper vera; accidunt ſæpiſſime. Nec ita fallerentur ſi librum de infirmorum decubitu apud Gal. intelligerent.

Alij prognoſticatores ſe teneri ambitioſè cupiunt obſeruato lunari die, ſub quo æger incidit in acutum morbum: tali ordine ex lib. 5. Gal. attrib. de Dynamid. 34.

Si quis in infirmitatem ceciderit prima die menſis lunaris, tertia eſt timenda; quam ſi tranſierit vſq; ad 30. dies euadet.

Si ſecunda die, 14. timenda eſt, quod ſi tranſierit diù euadet licet egrotās. 3. die liberabitur in paraxiſmo. 4. die licet grauiter vſq; ad 18. diem infirmus, ſed euadet. 5. die licet grauiter patiatur euadet. 6. die licet ſanari videatur quinta tamen die alterius menſis morietur.

Qui ſeptima die, liberabitur. 8. die, ſi non fuerit factus ſanus vſq; ad xv. diē morietur, ſi 9. die cum ſumma moleſtia liberabitur. 10. die proculdubio morietur. 11. die liberabitur in paraxiſmo. 12. niſi liberatus fuerit in 15. morietur. 13. infirmus erit vſq; ad 18. qua tranſacto liberabitur. 14. manebit vſq; ad 15. & ſic euadet. 15. niſi intra. 19. diem conualuerit morietur. 16. licet per 28. dies moleſtetur tamen liberabitur. 17. infirmus vſq; ad 17. & euadet. 18. citò ſanabitur, 19. citò euadet. 20. ſi euadet, ſed caue ne ſequenti menſe morietur. 21. niſi periculum mortis intra x. dies incurrit ſequenti menſe liberabitur. 22. idem 23. cum moleſtia liberabitur altero menſe ſequenti ſi incidat

in

in morbum morietur. 25. euadet licet patiatur. 26 non morietur. 27. licet vsq; ad exitum patiatur tamen liberabitur altero mense. 28. mors minatur. 29. altero mense liberabitur. 30. dubia est.

De alijs per superstitionem suspectam rebus scribebam c.1. de curat su-perst. & c. 3. de armario vnguento, seu de curandis vulneribus, per instrumentum vulnerans medicatum.

De iam scriptis cognoscendis Cap. VI.

QVoniam rectus est iudex sui & obliqui: ad cognoscendum morbum simulatum necessariam puto veri morbi cognitionem: idcirco cum aliquis aliqua affectione se affectum fingat, recurrendum est ad causas prægressas, & sympthomata, quæ illum sequntur. vt puta si correspondeant morbi veri naturæ; temporisq; mensuræ. Nam si vera fateri volumus, plures morbos internos, & occultos, ex relatione tantum ægrorum, vt quæ species sit, quæ doloris differentia, quæ pars affecta, quæ signa præferunt, coniectura quadam cognoscimus: vnde si simulator sit, Medico vel Fisco callidior in rationem reddendo proportionatum suæ fictæ ægritudini, intentum habebit; At si Medicus, vel Iudex in eum interrogando varium reperit, incostantem, neq; dolores correspondere affectui, neq; parti affectæ, neq; vitæ anteactæ, ac quadam prudentia penetrauerit, simulatoris fraus aperietur.

Calliditates vero, seu deceptiones nebulonum manifestantur ratiocinatione stratagemmatica; sl. an correspondeant phisicis rationibus, vel artificiosi sint dextræ manus ludi; aut secreta naturalia, vel forsan pacta Demonum.

Indocti vero ceu pauonis pennis tecti, apud vulgum simulantes esse philosophos, astrologos, medicos, citò dubijs doctis, disputationibus, se esse nigros coruos, auratos asinos, infamantur.

Galenus lib. quomodo morbum simulantes &c. documentum scripsit, vt Medicus versetur in quadam medica experientia, ac communi ratione, seu mauis prudentium appellare; quia pauci exactam, ac perfectam habent, ac subdit, ad medicam experientiam pertinere, illum v. g. deprehendere, qui colico cruciatu se tenere affirmabit, cum tamen nec indigestio, nec infrigidatio vlla præcesserit. ac pergit alium exemplum de seruo thapsia tumorem excitante. & lib. ad Posthum. gloriatur cognouisse vxorem Iusti Pyladis amore affectam ex stratagemmatica nominatione amati, colore turbatam, pulsuq; varijs modis agitato: sicuti Erasistratus amari nouercam à priuigno, ipse narrat.

Ad otto igitur nos cum Fort. Fid. perstringamus morbos simulantium, cognitiones stratagemmate.

Primo ad notionem quandam medicam perspicaci ingenio: vt dum præponitur morbus, cuius nulla causa aduertitur prægressa.

Secundo, dum interrogantur responsiones, animaduertendæ an inordinatè loquantur; an rubor in genis ex verecundia.

Tertio si remedia recusent soliti assumere.

Quarto si vires remediorum applicatæ iuuandi consuetæ negent iuuare,

vel si externè applicatæ statim sanare videntur, vt de tumore ex thapsia narrauit Gal.

Qninto si hominum tollerantia, vel excedit malo improportionata, vel parcissima, vel diuerso modo erit.

Sexto si signa morborum solita non fuerint, ac excreta, vrina, & pulsus, & respiratio, non sint affectui correspondentia, vt discurrere potes an sint morborum signa propria.

Septimo partes affectæ simulatæ inspiciendæ, examinandæ, tangendæ, tẽpore repetendæ. corpore toto nudato, an adsit aliquod vinculum, os aperiendum, brachia, pectus, hyppocundria, scrotum, aliæq; particulæ, quæ prohibent tormenta, vel carceres, trectandæ.

Octauo muti, & paralitici, & tremuli, saltatores, & tarantulati, asthmatici, &c. ficti verberibus, & fustibus, pugnis, & calcibus, arte quadam cogendi sunt vera fateri.

De cognoscendis vitijs corporum, vt de liuoribus, dislocationibus, vulneribus, cæterisq; pertinentibus ad Curiæ referendam relationem; quoniã bellè egit Fort. dictus lib. rel. M. superfluum esset, & præter institutum, hic tractare.



LIBER QVINTVS PETRI PIPERNI PHILOS. ET BENEVENTI PROTHOPHISICI.

De Curatione Diuina Præfatio.



Anc curandi partem pertinere ad Exorcistas non ignoro; tamen quia multis annis cũ Exorcistis versatus sum; & ne noster tractatus videatur omnino mãcus, tũ vt vnusquisq. animi pietate ductus exorcisticã artem in promptu secun dã partẽ exercere, ac de ea rationẽ aliquam reddere valeat, non ab re, & forsan ad summi opificis gloriã Sanctiq. Bartholomei, iucunda, & vtiliora pauca Beneuenti obseruata, nec non à fidelibus scriptis collecta addere iudicaui,

Rumpantur hinc asserta, & assertores huiusmodi magicos morbos non posse depelli, nisi ab arte magica dæmonis imbutis. Quod erroneum est contradicens, Sanctæ Ecclesiæ ex supra scriptis; quibus probatum est auxilia quoq. naturalia improportionata non solum indirectè quatenus vexatum alleuient, vel oppositam dispositionem dæmonis desiderio contrariam introducant, vel pœnarum memoriam representent; sed viuo quòdam modo forsan ad eorum confusionem, aut pęnam diuinæ iustitiæ, vt talibus virtutibus à Deo concessis sint subditi, eos morbos expellere, & iuuare posse. Quo magis potens est superior diabolis, & omnibus vis diuina? vnde discipuli 72. reuertebantur cum gaudio ad D. N. I. Christum dicentes ex Luc. x. Domine etiam dæmonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Et hipp. vt gentilis lib. de nat. mul. in morbis sæuissimis orditi à Dijs cognouit, cum causæ vt plurimũ morborum numen sit. Hæc curatio cæteris tutior animæ semper prodest, corpori numquam nocet; imò sæpissime à morbis etiam naturalibus liberat, ac sine medicis auxilijs persanare apta est: Phisica verò per se magnos morbos causatos, præsertim sine actiuitate passiuorum rarissime curare valet, & dignum est.

Animaduersione, quòd inuidi dæmones, ne sanatio tribueretur diuinæ virtuti, meritisq. Sanctorum diminuendi causa animi pietatem, seminandiq; spe aliquid superstitionis, ipsimet se expelli à rebus determinatis naturalibus solis, callide simulant. Phisica igitur semper cũ diuina vnienda, nec ab huius imperio discedere: sic enim multos è periculis exemit, & aliquo modo appellanda erit instrumentum causæ efficientis, quæ est sacra curatio.

Nam, si volumus per curatiuas indicationes discurrere, causa principalis maleficij est substantia spiritualis dæmoniaca; ergo rebus etiam spiritalibus sacris per contraria oppugnandum: quoniam non est nobis lucta aduersus sanguinem, & carnem, sed aduersus mundi dominos, rectores tenebrarum seculi huius, aduersus spirituales astutias in cælestibus, tum etiam nos diximus, posse dæmonem propria virtute maleficiatum nocere, & morbos exci-

tare: in hoc casu paruam vtilitatem afferunt pura naturalia, (nisi Deus velit his vti tanquam instrumentis suæ diuinæ iustitiæ, vt diximus.) & hic militat doctrina Matth. 27. hoc genus dæmonum nõ eicitur, nisi ieiunio, & oratione.

Quid sit. Cap. I.

CVratio igitur diuina, nihil aliud est, quã secundum opera præceptis Dei parare, & huic applicari potest recepta illa contra pestem Ripæ lib. de peste vl. de remed. & tutè valet in pestem quoque huius notandi anni 1630. Vrbano 8. Pontifice, vnguentis, & pulueribus magicis seminata à strigonibus (peremptis multis varijs tormẽtis) Regioni Galliæ Cesalpinæ, Allobrogum, Florentiæ, Mantuæ, Ferrariæ, alijsq; locis miseranda calamitate, itaut, nec antidoti Magni Ducis potuere.

℞. syrupum aquæ viuæ, quem bibas: deinde ℞. lachrymarum vnc. 1. & apostema, seù bozulam laua, quam dilutam gladio scinde, & emplastrum ex herba salutis, & oleo virtutis confectum, super impone, ꝙ nõ amoueas, nisi te liberũ perfectè cognoscas. hæc pie ab ipso explicatur late, & nos in posterum.

Et primo. Viua fides Dei se offert, quam Petrus admonet sobrij estote, vigilitate, quoniam aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens obambulat quærens, quem deuoret; cui resistite solidi in fide, scientes easdem afflictiones, vestræ, quæ in mundo est fraternitati consumari, hic enim agit in incredulis, at Paulus ad Tassal. 1. 5. subdit super omnia assumpto scuto fidei, quo possitis omnia iacula mali illius ignita extinguere, galeamq. salutarem accipito, & gladium spiritus, qui est verbum Dei in omni deprecatione, &c. sic Cypriano Mago dæmon respondidit, se Christi fide munitos nocere non posse. Niderius 4 Form. narrat postquam quinq. remedia efficacissima laudauit, vt primo habere fidem integram, & Dei præcepta seruare. secundo se signo Crucis, & oratione munire. Tertio ritus, & ceremonias Ecclesiæ colere. quarto publicam iustitiã bene exequi. quinto Christi passionem verbo, vel memoria ruminare. Inquit cum quidam maleficus me inuocaret, vt quẽdam inimicum suum vita priuarem; aut in corpore lederẽ grauiter fulminis ictu, aut alio modo; vocaui ego magisterulum, idest dæmonem, qui mihi respondit, quod neutrum facere posset, habet inquit fidem bonam, & diligenter se signo crucis munit, idcircò nõ in corpore, sed in vndecima parte fructuum suorum in campo si libet ei nocere possum: De fide dixit Saluator noster 17. Matth. & Luc. si habueritis tantam fidem, quantum granum sinapis dicetis monti huic transi hinc illuc, & transibit.

Cap. II.

SEquitur dieta septem rerum mortalium, quæ in huius nominis (SALIGIA) litteris continentur; ac decem diuini medici præceptis omnino parendum est; & si anima mortali repletione grauis existat, generaliter, & particulariter inanitione sacri pęnitentiæ sacramenti, eam exinanire curetur. Quamplurima extant exempla in libris miraculorum, & vitæ Sanctorum, id esse perfectum remedium probantia. Ioannes Diaconus in cap. 8. Lucæ tria narrat, eorum, qui à dæmone possessi mox vt peccatum B. Gregorio confessi pæna peccati se liberatos sensere: & hoc verũ maximumq. arcanũ intellexisse se puto in morbis desperatis, auctorẽ de renibus affect. lib. c. 5. vt Christianus.

Tu-

Cap. III.

TVtissimo antidoto Sacrosanctæ Eucharistiæ munire, ac roborare, non solum magici morbi, sed Christi fidei imbuti omnes se debeant; sunt innumerabilia exempla apud scriptores, notiora etiam infantibus, vt in prato florido lib. 5. c. 20. 21. 22. 23. &c.

Scribam, quæ scribit Leonardus Vairus lib. 3. de fasc. vl. Christi, namque corpus à deuota anima sumptum, conscientiam exhilarat, animæ vires reparat, hominem meritorum Christi participem facit, deuotionem excitat, fidé illuminat, spem roborat, charitatem inflámat, affectus regit, preterita peccata delet, contra futura armat, dæmonum fraudes, ac fascinationé penitus auertit magicosq. morbos; Quo circa cum quidam Neapoli luxuriæ stimulis ardenter sollicitaretur, eaq; de re ad Sanctum Eucharistiæ sacramentum accedere non præsumeret, illi consilium dedi, vt conscientiæ examine præmisso, & peccatorum confessione peracta quanta posset humilitate, ac deuoto mentis affectu hoc sacramentum sumeret, quod simul, atq. ijs executus; ardens illud luxuriæ incendium sublatum prorsus fuit.

Ac vt pauca subiungam, & vtendi modum antiquum exorcistis fidelibusq. lætitiam lib. 2. c. 3. vitæ D. Bernardi habetur, quandam personam super caput eius posita Eucharistia liberauit ab eodem hoste generis humani.

Mediolani in Ecclesia S. Ambrosij adducta ad eum fuit mulier multis annis obsessa, sicq. deformata, vt monstrum non fęmina videretur; conuersus ad populum iussit omnes attentius orare, missamq. iusta propè altare constituta fęmina teneri auspicatus: quoties de more sacro salutarem hostiam signabat, toties ad mulierem quoq conuersus, eodem signo Crucis edito spiritum nequam, athleta fortis impugnat, expleta autem oratione dominica efficacius hostem aggreditur, Patenæ siquidem calicis, sacrum Domini corpus imponens, talia loquebatur. Adest ille, qui pro nostra salute passurus, nunc (inquit) princeps mundi eicietur foras, Hoc illud corpus, quòd de corpore Virginis sumptum est, quòd in tumulo iacuit, quòd de morte surrexit, quòd videntibus discipulis ascendit in Cęlum: in huius ergo maiestatis terribili potestate, tibi spiritus maligne præcipio, vt ab hac ancilla eius egrediens, contingere eá deinceps non præsumas, cumq; eam inuitus deserens, & manere vltra non valens atrocius affligere, tam magnam iram, quam modicum tépus habens; rediens pater sanctus ad altare, fractionem hostiæ salutaris rite compleuit, diffundendamq. in populo pacem ministro dedit; & confestim pax, & salus integra reddita mulieri. Huic etiam accedit, vt frequentetur missæ sacrificium, vt historiam narrat D. Aug. 22. de Ciuit. Dei 8.

His tutioribus remedijs peractis; diligenti cura inuestigandum est, an instrumenta malefica in locis alibi patefactis reperiri possint; quæ inuenta igne benedicto orando cum litanijs Sanctorum, & psalmis exurgat Deus: & qui habitat in adiutorio Altissimi comburantur.

Cap. IV.

ADmodum prodesse in his, & in omnibus morbis ieiunium, eleemosynā, orationem, vt præter tot experientias, probāt d. c. si per sortiarias, Matth. 17. Marc. 9. & multi Sancti, & Sanctæ in eorum vitis, & miraculis; quæ omnia melius iuuāt, si ipsimet affecti exerceant, & maxime si consocios habeāt alios Dei seruos.

Cap. V.

SEd si quæris, quid orandum?

Respondet D. August. lib. 2. de symbolo ad Catecum. 1. & de vtilit. cred. 22. quòd efficacitas principalis danda est orationi Dominicæ, & symbolo Apostolico, ac addo salutationi Angelicæ, vt de Rosario multa leguntur miracula, & de Salue Regina contra inferorum spirituum potestatem narrantur exempla in lib. 3. Plati floridi c. 116. ac illa oratio Aue sanctissima Maria, fuit adeò in corde Pontificibus Romanis, vt centum annos Indulgentiarum, qui quoties piè eam proferret lucrari concesserunt, extat officium Beatæ Mariæ Virg. Officium D. N. I. Christi, Officium Angeli Custodis: litaniæ. tum aliquorum psalmorum recitatio, vt qui habitat in Adiut. cum sua oratione; Miserere mei Deus, & psal. 140. libera me Domine ab homine malo, & psal. 83. Deus ne taceas, neq. compescaris Deus; & psal. 20. exaudiet te Dominus in die tribulationis, item lectio 5. Euangeli secundum Ioannem In principio erat verbum, &c. & psal. ab omni pio quotidie legendus 37. Noli æmulari in malignantibus, neq. zelaueris facientes iniquitatem.

Potétes etiã sunt illi versiculi psalmorum cũ nominibus attributis Deo v.d.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus præualui aduersus eum, ò Adonai.

In manus tuas Domine commendo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis, ò Messias.

Locutus sum in linguam meam notum fac mihi finem meum, & numerũ dierum meorum, quis est vt sciat quid desit mihi? o Rex fili Dauid.

Fac mecum signum in bonum, vt videant, qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me, ò Eloi.

Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. ò Emanuel.

Perijt fuga à me, & non est qui requirat animam meam, & clamaui ad te Domine, & dixi tu es spes mea, & portio mea in terra viuentium, ò Christe.

Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & Sancti tui benedicunt tibi. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c. Amen.

Qui, si sæpe, pièq. recitentur adiuuant ad curationem, & præseruationem.

Similis pietatis animi est hæc alia Oratio.

Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat, si ergo me quæritis sinite hos ab ire. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me, & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. Amen.

Ecce signum ✝ Crucis fugite partes aduersæ, vicit leo de Tribu Iudæ radix Dauid Allel. Allel. Iesus Nazarenus Rex Iudeorum.

Cap. VI.

SEd antequam amplius progrederis petis, an sit aliqua oratio determinata, & infallibilis, vel aliquod breue, vel exorcismus sanandi morbos, aut expellendi dæmones?

Respondetur, quod hoc certè credere superstitiosum, cum ij exorcismi, tam in Ecclesia primitiua, quam moderna sunt positi apocriphè, & dubiè. ipse enim Deus liberè quem vult, & quando placet persanat. Non negatur tamen quibus-

quibusdam ex diuino, & secreto pacto voluntateq; si piè, vel tali intentione dicerentur maiorem potestatem, & totalem vim sanandi, vel expellendi concessisse ex Sibill.c.8.3.dec.hinc noto idcircò interdictam esse multorum psalmorum determinatè deseruientium ad sanandos morbos, vel contra hostilia arma, serpentes, canesq; &c. lectiones, suspensionesq; à Summis Pontificibus, quia mali homines non ad animæ, sed corporis salutem, & gloriam finaliter tendebant. hinc scandala, & vilipendia horum minimè iuuantium nascebantur, ac superbiæ illorum pro certo credentium per ea verba offendi nō posse &c.

Ad hoc probandū insurgit Ioseph Angle in Q. mag. & Valles de .5. Phil.3.

Nulla verba, nec exorcismi habent infallibilem efficaciam ad cogendum, & arcendum dęmones, quia cum verba, aut signa non habeant talem efficaciam ex natura sua, sed solum virtute Diuina, aut Angelica, non alligauit Deus potestatem suam ex lege sacramentalibus verbis, sicut sacramentis, sed operatur quando sibi placet ad gloriam suam, & vtilitatem credentium. & multum facit ad hoc pietas, & fides ministrorum. præsertim ruminantium vitam, & passionem Saluatoris nostri, qui sua potentia, prudentia, & prouidentia hominum mensurat passiones, affectionesq; secundum eorum capacitatem, & eleganter canunt versus isti

Huic & alto cuncta tuenti,
Nulla terra mole resistunt;
Non nox atris nubibus obstat
Vno mentis cernit in ictu,
Quæ sint, quæ fuerint, veniantq;
Quem quia respicit omnia solus
Verum possis dicere Solem

Verba igitur pia Christiane, vel operantur per se virtute diuina, quibus prolatis saquitur effectus, & sunt sacramentalia. Vel operantur per se, sed impropriè, cum non ipsa, sed Deus operari propriè dicatur (ea .n. concurrunt tamquam signa, seu animi pietate in Deum) primæ concurrit opus operatum, secundæ opus operantis.

Cap VII.

MVltos etiam persanauit aspersio aquæ benedictæ signo crucis: ita vt sunt millenæ historiæ apud Surium. &.s. Eligius Nouionensis Episcopus quinquaginta amplius energumenos simul porrecta eius aqua benedicta liberauit, vt refert equalis eius .s. Audoemus in eius vita.s. Barbatus Archiepiscopus Beneuentanus, dum nucem magam Beneuentanam concomitantibus omnibus suis Ecclesiasticis, conciuium secularium copia radicitus euelli curauerat. Serpentem in radice inuentum terrorem cunctis eiaculantem, ipse benedictæ aquæ aspergine crucis signaculo abnodauit; vt in posterum de Nuce Maga.

Cap. VIII.

DE signaculo crucis extant innumerabiles animæ, & corporis sanationes à morbis, & à dęmonibus, de quo D. Cyprianus serm. de passione Christi D. Athanasius de incar. Verbi, pleriq; alij at signum crucis tollit omnem magiam, & vt paucis tam salutiferum vexillum honorem. Voco te-

stes

stes Macarium, qui signo crucis in Biuaria morbos pepulit. Mecliniæ incendium extinxit: tum Theodor. Archimandritam sola signi crucis benedictione veneficium Theodori magi euitauit, sæpe dæmones expulit; solitas frugum calamitates auertit; & dæmones certis locis includebat, & signo crucis locum obsignabat, ne cui nocere possent teste Gregorio eius discipulo. eodē gladio vtebatur. s. Portianus, s. Maximus, & fatentur hoc dęmones expulsos à Patapio apud Metaphrastum mense Nouembris, clamantes, vere terribilis es Nazarene, & vbiq; in omnes obtines imperium: quo ergo proficiscamur? si in desertum, si in Ciuitatem si vbicumq; duxerit aliquis, tu illic præuenis sola crucis figura, solo tuo nomine nos expellens.

Christi fidei professores, sanctæ crucis orationem hanc proferre solent, signo crucis muniendo.

Christus mecum † istam crucem semper adoro: crux est certa salus mea: crux diuidit gladios: crux soluit vincula: crux est in me: crux est in anima mea; crux est signum immobile: crux est via, veritas, & vita: per crucem intrat diuina virtus: crux Christi fundit omne bonum: crux Christi aufert omne malum: crux Christi dat vitā æternam; crux Christi diuina salua me, quam super me, & ante me gero, quam antiquus inimicus ab homine in quo te videt fugit, hoc signum crucis erit in cęlo cum Dominus ad iudicandum venerit. quamplura; & pia collegit de signaculo crucis Florianus Canalis lib. bened. pag. 64.

Nec taceam, quid etiam Mart. notauit, sanctos aliquos ad euitandam vanam mundi gloriam signo crucis aliquid naturale signatum, vt pomum &c. propinasse. ita scribit B Fortunatus aliquando sanctos hisce diuinis remedijs, quædam aliæ adtribuisse, dicis tantum causa, vt miraculorum gratiam, hoc quasi naturalis remedij velamento (quæ illorum erat humilitas) obumbrarent, & humanam laudem effugerent, vt de B. Radagunde Regina idem prodidit, eam crucis signo folium pampani addere consueuisse; quod hodie forsan inter res suspectas superstitionis connumeraretur: ij tamen præcepto Domini parebunt dum monet nolite gaudere quia dęmones subiciuntur vobis, sed gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cęlis,

Cap. IX.

DVbitas curiose an homines non probatæ vitæ, sed rectæ fidei virtutem habere possit hos morbos sanandi, ac quoq; miracula monstrandi?

Respondetur non repugnare id effici Posse sicut habemus Euangelia, & primo Matth. cap. 7. multi dicent mihi in illa die Domine Domine non ne in nomine tuo profetauimus, & in nomine tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia numquam noui vos. discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

Marcus cap. 9. Magister (Respondit Ioannes) vidimus quendam in nomine tuo eicientē dęmonia, qui non sequitur nos, & prohibimus eum; Iesus autem ait, nolite prohibere eum, nemo est .n. qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me. qui enim non est aduersus vos pro vobis est. idem ferè legitur in Luc. cap. 13. & excipitur in 1. ad Corinth. 12. Paul. Hoc erat in primitiua Ecclesia. nunc vero eam potestatem iure ordinario Exorcistis; Diaconis, Subdiaconis, Sacerdotibus, & Episcopis tantum ab Ec-

clesi

eleſia conceſſum eſſe conſtat. Si qui vero ſint alij iactantes priuilegia ſpecialia, ac ius extraordinarium conceſſum à Deo habere. ſpirituali iudicio ſubmittendi, ac examinandi, nam ſuſpectos ex aliquo pacto dęmoniaco exiſtimo.

Cap. X.

OLeum infirmorum per Epiſcopum benedictum eſt morborum magicorum ſalutare, etiam obſeſſorum remedium; quo grauiſſimos morbos .s. Launomarus abigebat. vt Surius Eucheria vxor Agapij veneficio attentata cum roderentur inteſtina adlata eſt ad .s. Parthenium, qui triduo orans. & oleo ſanctorum ei propinato ſanam remiſit, vt Methaphy. Erat hoc ordinarium B. Auxentij Archimandritæ contra dęmonis obſidiones, morbosq; ab eo illatos remedium, iſto etiam hidropicæ cæcoq; ſanitatem reſtituit. S. Eutychius Patriarca, vt Euſt. in eius vita, & contra virulentos morſus. S. Paternus Abrincenſis. hoc S. Theodoſius brucos pellebat.

Ac, vt detur exemplum, & doctrinam Exorciſtis habetur ex Ioanne Molineto Chon. Belgici. 1490. Ægidium Netteletum Decanum Camaracenſem cum exorcizaret Quercetenſes Emergumenas, quæ loqui labia claudentes nolebant ſolitum digitis illis labia deducere, & increpitare hoſtem ſi vales poteſq; digitos hos oleo ſacro imbutos mordere, vel lædere, en illos tibi permitto, ſi nequis os aperi impero: mox autem energumenas viſas liberari magna moleſtia, cæpiſſeq; Decano parere eiq; reſpódere ad quæſita.

Cap. XI.

BAptiſmus, de quo late Mart. lib. 6. pag. 175. mirificè etiam valet ad pellendos dęmones, ſanandosq; morbos magicos è corpore paganorum, gentilium, iudeorum, turcarum &c.

De Amuletis. Cap. XII.

SAcroſancta Eccleſia pia miſericors mater ad fugãdos dęmones horumq; morbos inuenit, tam in præſeruatione, quam in curatione ſacra amuleta, ſeu ſcripturarum orationum diuinorum nominum, rerumq; ſacrarum ad collum appenſionem.

Quæ quamuis à B. Chryſoſtomo in 43. Humil. videantur parui fieri, dũ ſcribit quidam. aliquam partem euangelij ſcriptam circa collum portant, ſed non ne quotidie euangelium in eccleſia legitur, vt audiatur ab omnibus? cui ergo in auribus poſita euangelia nihil poſſunt, quomodo poſſunt cum circa collum ſuſpenſa ſaluare?

Huic tamen reſpondet S. Thom. 2. 2. q. 96. ar. 4. hunc intendere explicare caueri hominem a figuris ſcriptis, quam à verborum auditu, & ex humil. 73. fit clarius cum mulierculas illas reprehendit, vel quòd non recta, ſed phariſaca intentione id facerent, & loco ſupercit: inuehitur in duo nequam genera hominum: primum, qui ex huiuſmodi ad collum ſuſpenſis, ipſi ſanctiores volebant videri, vt phariſæi olim. ſecundum, qui ex eadem ſuperbia, quæ ad collum alij ſuſpenderent, ipſi de capillis, vel veſtimentis ſuis largiebantur. Verum efficaciorem virtutem ſi illa verba, quæ ad collum ligata portantur quotidie quoq; in corde cum debita reuerentia memorentur inferre autumo. Ex his ergo cum Garzonio in app. mir. ſtanza 3.

Collige quod quando in ipſis verbis, pijs, & non incognitis, modo ſcriptio-

nis,

nis, crucium numero figura, vel similibus spes non ponitur, pium, & sanctum est reuerentiæ causa, sanctorum reliquias, cereas agni Dei effigies, euangelium S. Ioannis, psalmum Dauid, & similia sacræ scipturæ testimonia Deum gestare collo appensa, nil vani immiscendo, sed affectus, qui inde oritur erit supernaturalis Dei beneficentiæ adscribendus, alijs autem creaturis vti, quas vel vsus Ecclesiæ Cathol. vel proborum medicorum ars non commendat omnino est prohibitum.

Ad hoc patefaciendum clarius adducam scripta S. Thomæ cit. duas conditiones exigentis. Prima est, vt pijs verbis nihil superstitiosum admisceatur, v. g. si fideret quis figuræ, coloriue litterarum, vel modo scripturæ, vel tempori, aut determinato numero, vel materiæ membranæ, vel attramenti. Secunda, vt recta sit gerentis intentio, veluti si prius verborum sensus obseruetur, spes verò figatur in Deum, idq; fiat, vel ad professionem fidei veræ, vel ob alium pium, & sanum finem; effectusq; à diuina potentia sub eius beneplacito expectetur.

Huic præposito explicat Gugliel. Paris. lib. de leg. Quemadmodum veri Cultores Dei altissimi, & pronuntiando sermones eius, & etiam deferendo scriptos, interdum ipsum venerantur, & per huiusmodi venerationem mira interdum à creatore obtinent; sic, & maleficia non virtute verborum, quæ, vel proferunt, vel scripta deferunt, sed veneratione, &c. quam, vel proferendo, vel deferendo illa dęmonibus impendunt, ab ijs obtinent multoties, quæ homines admittūtur &c. narrat Leontius Episc. ex Surio. 1. iulij Sanctum Simeonem salum mulieri magæ amuletum in tabella conscripsisse, quo gestato illa non potuit amplius diuinare, nec magica amuleta facere. idem legimus in vita S. Antonij, ac Fernelius lib. 2. de caus. rer. abd. recitat de fuga Dęmonis ab obsesso gestante imaginem S. Michaelis Archangeli.

Cap. XIII.

INter amuleta laudantur breue ex auro, thure, & mirrha propria benedictione.

Ruta, hypericon, benedicta.

Carta benedicta cum inscriptione sacrorum verborum, & nominum in flagel. 190.

Crux illa scripta in pag. 105, fugæ sathanæ.

Compositio ex quattuor cereis benedictis.

Sal benedictum.

Oleum benedictum.

Grana benedicti à summis Pontificibus.

Scribo tibi amuletorum principem, quo ad gloriam altissimi, & mei Patroni S. Bartoolomei honorem vtor ℞. auri, thuris, mirrhæ bened. parum. hyperici. rutæ bened. salis bened. radicis iringi, gentianæ, valerianæ, manus Christi, morsus diaboli, herbæ paris ad arbitrium, argenti viui incorporati in plumbo liquefacto prius. dr. 1. puluerizanda poluerizentur, & cum cæreis benedictis intictis pauco olei bened, & gummo dragag. dissol. in aqua lustrali formētur spherulæ effigiatæ sigillo S. Bartholomei, & portentur collo appensæ. quibus admisceri possit aliqua particula agni benedicti, seu consacrati, à Summis Pontificibus.

Cap.

Cap. XIIII.

DE hoc late memorat Mattheus in 7. decret. & multa miracula narrat Del Rius, & Frisius poeticè de Agno Dei.

Postulat in primis (sc. Pontifex) *sacrati aspectus, vt agni*
Agnum ad cælestem concita corda leuet;
Vtq; salutifera memores vitaq; necisq;
Criminis,& vitij noxia vincla terant,
Hostis vt insidias stygij, ac certamina vincant,
Decipulas mundi, carnis, & illecebras.
Corporeos nobis morbos, casusq; repelli,
Præsertim horriferos, mortificosq; petit.

Cap. XV.

SVspenduntur, cum maximo effectu sanctissimæ reliquiæ sanctorum, ita vt sæpe super ægros impositæ maleficos, & dæmoniacos esse patefacerũt, ex inquietitudinis, vanæ locutionis, ac ponderum sensu; minimèq; inspicere volentes eas. idem peragere obseruauimus oleum, seu manna Sancti Nicolai deuotè propinatum, & vnctum loco affecto. nostro exemplo narrat Georgius M. lib.1.de glor. Mart. c.6. oleo sanctarum reliquiarum addito ieiunio, & oratione multos dæmoniacos à B. Auxentio sanatos: merito ergo religiosè, semperq; sanctorum reliquiæ colendæ sunt, vt tamquam cæleste thesaurum venerabatur .S. Bano Epis.Misnensis, & S.Ioan.Damasc. sanctorum reliquias appellauit fontes salutiferos, ex quibus plurima ad nos beneficia manant suauissimumq; vnguentum profluit. iure igitur tot olim, & hodie ad eorum sepulchra sunt peregrinationes institutæ.

Cap. XVI.

QVot enim dæmoniaci, vel maleficiati beatas Romanas visitantes reliquias, præsertim columnam. D. N. Iesu Christi sanitati restituti sunt? quot Venetijs S.Marcum, ceù Christi Cancellariũ, quot Neapoli? quot in monte Virgineo? mõteq; S. Michaelis Archangeli? quot in diuersis locis? ita vt ferè omnis Ciuitas suos colat aduocatos, & Patronos (nimis .n. honorati sunt amici tui Deus,) Thomas Phasellus lib. 10. de reb.Sicul. 2: quotannis ad D. Philippi Apost. sepulchrum in Sicilia plurimos energumenos liberari, adeo vt anno. 1541. plusquam ducentæ fæminæ huiusmodi fuerint numeratæ: huius sancti os magnum bracchij colimus in Ecclesia S. Donati Beñti, & sæpe est in coadiutorio magno ad liberadas vexatas, exorcizante huius Eccl. Abbate adm. R. D. pio viro Francisco Pacillo meo compadre.

Cap. XVII.

EXtat Beñti sepulchrum Sancti Bartholomei Apost. Principis, totius Indiæ, terroris, fugæq; Dæmonum, ac nostræ Vrbis fautoris Patroniq; munificentissimi, in quo vidi multas verè energumenas (præter eas moniales decem Cælentiæ) varijs linguis loquentes, astantium secreta reuelare fingentes ad ferreas cancellas tumuli alligatas, stola à perillustri D. Abb. Io. Baptista Capasso exorcistica arte inueteratus, tacite ab inuisibili inauditoq; imperio Sancti Bartholomei esse exorcizatas, cuius dictis respondebant, ac ita clamant. Ah scorticato, non più tormentare, ne ti bastò hauerci scacciati dal'Indie nostre? non più tirare? che corda è questa? me n'vscirò sì, sì ch

voi? & manibus post terga corda, ceû appensæ remansæ corporibus conuulsis meritis istius sancti sanæ surgerunt. sed quid? sunt quotidiana miracula, quæ sic volente Deo obseruantur &c. cecinit de hoc Sancto in lib. 9. ode 14. Iesuita Masculus.

Oratio pia S. Bartholomei. Cap. XVIII.

O Princeps Apostolice
Bartholomee Domine,
Tu mala mea mortifica:
Qua bona sunt viuifica.

℣. Ora pro nobis S. Bartholomee;
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui per B. Bartholomeum Apostolum, & discipulum tuum Indiam visitare voluisti, ac innumeris miraculis, ac martyrijs coronasti eundem: Presta quæsumus, vt eius meritis,& præcibus ab insidijs Dæmonum, & omnium inimicorum nostrorum visibilium, & inuisibilium tua fauente dextera liberemur, & hunc famulum tuum N. à Dæmonum vexationibus curare digneris, qui viuis, & regnas in secula seculorum.
℟. Amen.

Cap. XIX.

S. Barbati Episcopi Beneuentani, cuius corpus honoratur sub Altari maiori Archiepiscopalis Ecclesia.

Hymnus.

BArbate Christi famule,
Longobardorum speculum,
Verbo fulgens, & opere
Samnites, hoste liberas.
Beneuentano Principi,
Matrem ostendis virginem;
Praces agentem filio,
Pro libertate populi.
Et Constantini Casaris,
Mentem iratam mitigas;
Vrbis nephandam arborem,
vellendo fidem propagas.
Romual Theodorindam,
Et plebem Christo copulas,
Tu simulacrum vipera,
Vertis in Dei calicem.
Miles accendens Principem;
In necem Dei famula,
Damonis aula noscitur,
Cum multis eius posteris.
Tua lotura manuum
Sanat lasos langoribus;
Sis ergo nobis omnibus.
Medelam delinquentibus.
Pracamur inde supplices,
Christum pro nobis rogita,
Qui tua festa colimus,
Vt faciat nos calibes:
Christo, & Patri gloria,
Vna cum Sancto Spiritu. Amen.

ORATIO PIA.

℣. Ora pro infirmo (vel nobis) Sancte Barbate.
℟. Vt dignus efficiatur, (vel digni efficiamur) gratia Christi.

℣. Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui per Beatum Barbatum Episc. anno tuæ incarnationis. 688. mortuum vita eius 80. mensibus vndecim Beneuentum victoria, miraculisq; honorare voluisti, illudq; idolatria serpentis, alijsq; superstitionibus auxilium spoliare tribuisti, concede quæsumus, vt huius præcibus dæmonum vexationum, insidiaromq; victoriam consequamur

mur; ficut ipse sub nucis nephandæ radice tartareum serpentem mactauit aqua lustrali, qui viuis, & regnas, & venturus es iudicare seculum per ignē.
℞. Amen.

Et quoniā de Sanctorum Benñorum, ac Aduocat. Episc. Archiep. necnon Ducum historias luculenter, & nobiliter Perill. ac Reuerendissimus V.I.D. Prot. Apost. Basilicæ Archid. D. Marius de Vipera (cuius antiqua progenies ortum duxit à Vipera Romualdi, & S. Barbati tempore) tractat; ideo dictis cedo.

Oratio S. Mercurij composita per Paulum Diaconum, sanctissima vita Monachum Montis Casini, quondam Secretarium Principis Arechis Beneuent. Cap. XX.

SAlue miles ægregie Mercuri Martir inclite, esto nobis refugium apud Patrem, & Filium, & Spiritum Paraclitum.
℣. Ora pro nobis Sancte Mercuri.
℞. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

DEus, qui Beatum Mercurium Martyrem tuum per Angelicam visionem in tua fide solidasti, presta quæsumus, vt intercessionis eius auxilio ab insidijs inimicorum omnium defendamur, & in tuo semper amore crescamus; Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Hymnus eiusdem in translatione corporis Beneuentum.

MArtir Mercuri saeculi futuri,
Perpeti dona gloria corona,
Qui tuam totis venerantur votis,
Translationem.
Qui dudum Roma Detio dictante,
Multa pro Cristo passus, ipso dante,
In Casarea vir virtutis ante,
Victor occumbit.
Quem Casar constans instar praecessorum,
Deferens secum fines appulorum,
Proterit intrans more tirannorum,
Cuncta consumens.
Interim vrbem vastat opulentam
Samniam iusta, verè loculentam;
Cuius ruinam Deus violentam,
Ila solatur.
Tres canobitæ, grata Deo vita,
Ista dolentes, tristes, & marentes,
Corpus Beatum, sibi commendatum
Humant ibidem.

Vrbs desolata, ita consolata,
Super humata corporis beata
Ossa pro rata, sit vi Deo grata,
Construit templum.
Casar progressus venit Beneuentum;
Sed vi repressus sibi resistentem,
Romam festinat, samniam declinat,
Bellipotentem.
Post plures annos Arechis insignis,
Samnia Princeps multis motus signis
Martiris corpus, laudibus condignis,
Samniam transfert.
Domans id ara nobili praclara,
Cuius pracatu omni nos reatu
Paugma beatum purget, & optatum,
Conferat statum.
Honor, & virtus regnum. & potestas,
Sit Deus noster tibi, qui sic prastas
Tuos attolli contra res infestas
Opem ferendo. Amen.

Composuit etiam alium de eius passione. Cap. XXI.

ET ficut iam diximus valde valere ad sanandos hos morbos suspensionem, vel visitationem sanctissimarum Sanctorum reliquiarum; ita nimis etiam perficit recursus ad sanctam probatamq; vitam viuentium virorum, auxiliumq; ab his petere, quod constat miraculorum donum tenere, si legitur de B. Macario sola sua præsentia magicas affectiones sanare

de S. Petro, qui non solum imperio, & præsentia, sed vmbra omnia genera affectionum persanabat: verbis etiam sanabat B. Basilius, & Paphnutius, & verbere S. Paulus simplex, & S. Theodorus, alijq; vel litteris, vt S. Eugendus, & Gregorius Thaumaturgus, vt scribit Greg. Nisen.

Cap. XXII.

ADiuuat etiam ad maleficia dæmonesq; propulsanda benedictarum campanarum Ecclesiæ catholicæ pulsatio Durand. lib. 1. ration. cap. 4. ita de his Campanæ sunt vasa ænea in Nola Ciuitate Campaniæ primo inuenta, maiora itaq; vasa campanæ à campania regione, minora vero à Nola Ciuitate Nolæ, auctore Diuo Paulino dicuntur. Pulsatur autem, & benedicitur (non vt vulgus censet baptizari, sed aliquando baptizari accipitur pro benedici, vt suo ser. de sac. ded.) campana vt per illius tactum, & sonitum fideles inuicem inuitentur ad præmium, & crescat in eis deuotio fidei; fruges, mentes, & corpora credentium seruentur, procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum, & fulgurum temperentur. infestaq; tonitrua, & ventorum flumina suspendantur, spiritus procellarum, & aereæ potestates prosternantur: & vt hoc audientes confugiant ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium ante sanctæ Crucis vexillum; cui flectitur omne genu cælestium, terrestrium, & infernorum &c. & sic dæmones, ceu turbas æterni Regis campanas audientes territi, fugiant nocere, non quia æris sonus dissipat aerem, & dæmones; sed Dei virtus, Deiq; digitus agnoscendus sua dispositione operantis vi benedictionis. idcirco in angustijs (vt enixis) tribulationibus, rebus arduis ter solitum est campanam magnam pulsari, vt pro ea necessitate christiani ad orandum excitentur. Ac potest de facili in his latere aliquod maleficium (vt accidere solet parturientibus) vnde ad hoc dissoluendum pium est pulsari.

De Exorcismis. Cap. XXIII.

PRæter iam dicta pro sacra curatione ad dæmones, morbosq; expugnandos instituit exorcismos primo S. Gregorius, pia mater Ecclesia, non quia vi vlla naturali astrali, vt voluit Rhodig lib. 2. 8. seu materialiter fugandi hos torquendi, premendi præditi sint; at Dei concursu, cui placuit in bonum hominum ita inuocari, & vim talem initiatis impertiri, & vt debitum obsequium præstetur. Quibus non solum fas erat vti Sacerdotes, & exorcistico ordine imbutos, verum bonos viros charitate inflammatos; imo, vt supra scribebam, bonæ fidei, etsi non integræ vitæ homines imperando in nomine Iesu Christi D. nostri, qui venturus est iudicare seculum per ignem. Tempore nostro hoc officium videtur esse restrictum ad particulares, & paucos Sacerdotes, ac rarissimos exorcistas, cum requirantur multæ conditiones, optima obseruantia, & prudentia ad interrogandum præsertim. Nam legitur in Niderico in formicar. in conuentu Coloniensi Fratrem verbis satis iocosum, sed, in gratia expellendi dæmones valde famosum, hic cum in terminis conuentus Coloniensis dæmonem obsesso corpore arctaret. Dæmon petiuit á Fratre locum recedendi, quo gauisus Frater ait (in ioco) in cloacam meam vadas. Exijt igitur dæmon, & nocte cum frater ventrē purgare vellet, dæmon tam dire contorsit prope cloacam, vt vitam cum difficultate saluaret.

Sed Hilario Eremita in illo dæmoniaco ducto gazam loquente lingua grçca, & syra (quam numquam didicerat) exponere volebat multa. cui Sanctus ait, non curo quomodo intraueris; sed vt exeas in nomine Domini nostri Iesu Christi impero. Hoc nomen est breuis, & verus exorcismus, quo Sancti, & Sanctæ, & etiam viri alij Christiani innumerabiliter domonia eicierunt. Sic verificat Marc. 9.10. in nomine meo dæmonia eicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum, quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent, & bene habebunt; & Prudentius eleganter in Apoteosi ponit hunc exorcismum.

Intonat antistes Domini, fuge callide serpens,
Exue te membris, & spiras solue latentes,
Mancipium Christi fur corruptissime vexas?
Desine, Christus adest, humani corporis vltor,
Non licet, vt spolium rapias, cui Christus inhæsit,
Pulsu abi, ventose liquor, Christus iubet, exi.

Et ad confirmationem D. Hilar j, ex Luc. 4. Respondidit Iesu illi obsesso loquaci. obmutesce, & exi ab eo. nã (subdit Luca) non sinebat dçmonia loqui. ex nimia enim loquacitate scandala, & peccata oriuntur in populum.

S. Chrysostomus solebat ad machinamenta dæmonum, & ad præseruandum, necnon curandum, hominibus consulere, vt quotidie proferrent hæc. Abrenuntio tibi Satana, & coniungor tibi Christe.

Diuus Cyprianus exorcistæ imperium explicat lib, 4. epist. 7. per exorcistas voce humana potestate diuina dæmonem flagellari, vti, torqueri, ac sua charitate, & fide, humilitate, & ieiunio promittat maleficiato corporis, & animæ salutem, nullo interesse premens, ac ad reliqua prosequatur.

Cap. XXIIII.

PEtit curiosus ad quid dirigũtur exorcisti? Respõdit Thyreus de dæmon. p. 3. c. 40. verba exorcismi ad tria diriguntur, vel ad Deum, vel ad Sanctos, vel ad dæmonem, ad Deum dirigitur petitio, vt peccata remittat, vt misereatur obsessi, vt potentia sua dæmonem cogat, comprimat, & exire expellat. Ad Sanctos, vt ad Dei familiares amicos, & cælestis Regiæ intimos Palatinos gratia valentes, vt à nobis impetrent, quod a Deo obtinere contendimus; petimus vt ipsi intercedant; eorum adiunguntur interdum merita, non vt equalia Christi meritis (per hæc enim illa efficacia sunt, & sine his illa nullius meriti forent separata prorsus) nec enim vt meritum Christi diminuant, sed vt primum, & præcipue Deus filij merita adspiciens, & oculos vltra porrigens ad ijs tincta imbutaq; merita Sanctorum fructum meritorum filij tam longe prçsentem, & per omnia membra corporis sui influentem considerans; citius moueatur, seq; à nobis exorari patiatur; sic ergo per Christi, & famulorum Christi merita interdum exorcistæ obsecrant. hæc ille.

Cap. XXV.

SAnctus Clemens lib. 8. const. cap. 7. addidit ità postquam exiuerunt Catechumeni dicat Diaconus orate energumeni hoc est vexati ab immundis spiritibus: intentè omnes pro ipsis orate, vt benignus Deus per Christum increpet immundos & nequam spiritus, & eripiat seruos suos ab imperio inimici qui increpauit legionem dæmonum, & principem malorum diabolum,

lum, ipse nūc increpet pietatis rebelles, & liberet figmenta sua àuexatione ipsius, & purget ea, quæ ingenti sapientia condidit. etiam attentè oremus. salua, & excita illos Deus in virtute tua. inclinate vos Energumeni vt benedictionem accipiatis.

Et Episcopus vel sacerdos oret, dicens.

Oremus.

DEus, qui fortem armatum ligasti, & omnia vasa eius diripuisti: qui dedisti nobis potestatem ambulandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: qui homicidam serpentem ligatum tradidisti nobis, tamquam passarem puerulis, quem cuncta pauent, & horrent à facie virtutis tuæ: qui eum deiecisti, sicut fulgur e cælo in terram, non lapsu vocali, sed ab honore in ignominiam, ob voluntariam nequitiam: cuius aspectus siccat abyssos & minæ liquefaciunt montes, & veritas Domini manet in æternum, quem laudant infantes, & lactentes benedicunt, quem celebrant, & adorant Angeli: qui aspicit super terram, & facit eam temere; qui tangit montes, & fumigant: qui minatur mari, & siccat illud, & flumina omnia deserta facit: cuius nubes puluis pedum eius, qui ambulat super mare sicut pauimentum: vnigenite Deus magni Patris Fili, increpa Spiritus nequam, & libera opera manuum tuarum ab alieni spiritus vexatione: quoniam tibi gloria, honor, & adoratio per te tuo Patri in sancto Spiritu in secula amen.

Tum Stola, seu capistro ligetur obsessus leuibusq; verberis castigetur ad vilipendium non corporis vexati, sed dæmonis infestantis, & cum imperio proferat sacerdos hæc

Quomodo cæcidisti Lucifer.

Cap. XXVI.

SCripta ab Antonio Mag. Sancto. Hamo crucis, vt draco inuncatus à Domino est, & capita legatus vt iumentum, & quasi mancipium fugitiuum vinctus, circulo, & armilla labia perforatus, nullum omnino fideliũ proforare permittitur? nunc miserabilis, vt passer ad illudendum irretitus a Christo est calcaneo Christianorum substratus gemit, ille qui vniuersa maria a se absorta plaudebat. ille qui manu sua terrarum orbem teneri gloriabatur. Ecce a nobis vincitur. Ecce me aduersum se prohibere non potest disputantem.

Et repetat sæpe hæc.

TV es, qui iactasti sedem ponere aquiloni, & esse altissimo similem, nunc sub corpore materiali sub fętidis humoribus superbis habitare? Christus Iesus imperat, eius seruus Barth. fidelis Apostolus percutit. exi & tace.

Exorcismus terribilis S. Zenonis. Cap. XXVII.

EXorcizo te immunde spiritus, tentator diabole, nunc insensate, false, hæretice, ebriose, luxuriose, superbe, inuide, fallax, mala tascha, insisipiens; Coniuro te ✝ per Deum viuum, & verum, & per gratiam Dei, & per ipsum te exorcizo, & adiuro ✝ te per eum qui in Cana Galileæ aquam conuertit in vinum. item coniuro te ✝ per Iesum Christum Dei filium, qui

sub

ſub Pontio Pilato crucifixus eſt, & cui Longinus lancea latus aperuit, qui in crucem dixit, heloy, heloy, heloy, & per ipſum ego te adiuro ✝ vt recedas ab hac creatura Dei N. qui venturus eſt iudicare ſeculum per ignem, viuos, & mortuos &c.

Poſtea ſigna te in fronte dicendo. Potentia Patris ✝ conſorta me. in ore dicendo, Sapientia Filij Dei ✝ doce me. in pectore dicendo, amor Spiritus ſancti ✝ illumina me cognoſcere te, amare te, poſſidere te, ſeruire tibi amē

Oremus.

DEus, qui Beato Zenoni confeſſori tuo dediſti virtutem expelli dęmones de quocumq; loco, & perſona, præſta indigniſſimo ſeruo tuo, vt eius merita, & orationes mihi præbeant virtutem, vt iſtos dæmones, vel iſtas facturas, hanc creaturam affligentes expellere, vel deſtruere valeam ab ea, per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem.

Et lege Euangelium, In principio erat, &c.

Et alterum, Erat Ieſus eiciens dæmonium, &c.

Et alterum, ductus eſt Ieſus in deſertum, &c.

In aure dicatur ter.

Deum, qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui.

Audi ergo maledicte ſathana, audi & time victus, & proſtratus abſcede ✝ in nomine Domini noſtri Ieſu ✝ Chriſti, Tu ergo nequiſſime ſathanas inimicus fidei, aduerſarius generis humani, mortis adductor, vitæ raptor, iuſtitiæ declinator, malorum radix, fomes vitiorum, ſeductor hominum, proditor gentium, incitator inuidiæ, origo auaritiæ, cauſa diſcordiæ, excitator dolorum, dæmonum magiſter, quid ſtas, & reſiſtis? cum ſcias Deum tuas perdere vires? illum metue, qui in Iſaac immolatus eſt, in Ioſeph venundatus, in agno occiſus, in homine crucifixus, deinde inſerni triumphator extitit glorioſus. Recede in nomine Patris, ✝ & Filij, ✝ & Spiritus Sancti, ✝ & da locum Spiritui Sancto, per hoc ſignum ✝ crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum eodem Patre in vnitate eiuſdem Spiritus Sancti regnat in ſecula ſeculorum, & ipſe venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

Exorationes Sancti Bartolomei. Cap. XXVIII.

℣. Sancte Bartholomee Princeps Apoſtolice.

Reſp. Percute, & diſſipa eos (vel dic nomen dęmonis)

℣. Sancte Bartholomee, qui igneis catenis Aſtarot ligaſti, & Berit, & Baldac dęmoniaq; alia ab indeis exiliaſti.

Reſp. Percute, & exilias eos ab hac creatura N.

℣. Sancte Bartholomeæ, qui Regis Polimi filiam à Dęmone vexatam liberaſti,

Reſp. Libera hoc Dei plaſma N.

Oremus.

SAncte Bartholomee tartareorum terror, qui Liconiæ, Indijs, Ciuitateq; Albani Armeniæ maioris genus humanum ab inſidijs diabolicis defendiſti, ac in eius pectus Chriſti fidei ſemina inſeriſti defende, protege, libera, & cuſtodi N. pietate ſuperna ab hoſte maligno, & ab omnibus ſibi fauentibus

tibus, vt sanus mente pariterq; corpore Iesu Christo Domino nostro libere seruire possit. Amen.

Cap. XXIX.

✠ HEl ✠ Heloym ✝ Adonay, ✝ Sother ✝ Emanuel ✝ Sabaoth ✝ Agla ✝ Agios ✝ Otheos ✝ Messias ✝ Principium, & finis ✝ primus, & nouissimus ✝ Christus vincit ✝ Christus regnat ✝ Christus imperat ✝ increatus Pater ✝ increatus Filius ✝ increatus Spiritus sanctus ✝ liberet N. ab omnibus vexationibus dæmonum per omnia merita Sancti Bartholomei, Philippi, Donati, Barbati, omniumq; Sanctorum. amen.

Orationes in initio cuiuslibet rei dicendæ ad libitum Cap. XXX.

✠ IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti amen; Iesus Maria.
O Pater sancte in vnione amoris tui amantissimi Filij, tibi commendo spiritum meum.

Ingredere Domine Iesu Christe animam meam, Sancta Maria, & omnes sancti, & electi Dei intercedite, & orate pro me; Domine sta super me; Domiue impera, vt surgam, & seruiam tibi soli.

✠ Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, &c.

Saluator mundi salua nos, sancta Dei Genetrix protege nos: Angeli, & Archangeli, Throni. & Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes cœlorum, Cherubim, atq; Seraphim; Patriarchæ, & Prophetæ, Sanctę legis Doctores, Apostoli omnes, Christi Martyres, sancti Confessores Virgines, Anachoritæ sanctiq; omnes, intercedite pro nobis.

℣. Sancti Dei omnes intercedere dignemini.
Resp. Pro nostra omniumq; salute.
℣. Fac mecum signum ✠ in bonum, vt videant qui oderunt me.
Resp. Et confundantur ✠ quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Oremus.

COncede quæsumus omnipotens Deus; vt intercessio sanctę Dei genitricis Mariæ, sanctorumq; omnium Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atq; Virginum, & omnium Electorum tuorum, vbique nos lætificet, vt dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus: Per Christum Dominum nostrum. amen.

Benedictio loci vel domus infirmi, & pia contra terriculamenta, & pauores. Cap. XXX.

ADiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cęlum, & terram.
℣. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.
℟. Dominus sit in loco isto, vel in domo ista, & cum omnibus habitantibus in ea.

Oremus.

INclina quæsumus Domine aures tuas in præces nostras, quibus te humiliter deprecamur domum istam tua benedictione impleas, & efficias,
vt

vt in ea sit sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mansuetudo, & plenitudo legis, & gratiarum actio tibi Deo Trino & vni, neque contra eam præualere vnquam possit terrimus dæmon, nihil proficiat inimicus in ea, & filius iniquitatis non apponat nocere ei. Per Christum Dominum nostrum. amen.

Visita quæsumus Domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longe repelle. Angeli tui sancti habitet in ea, qui nos in pace custodiat, & benedictio tua sit semper nobiscum in nomine Patris ✝ Filij ✝ & Spiritus sancti ✝ (aspergatur aqua benedicta) & benedictio Dei Patris &c. descendat super hanc domum, & omnes habitantes in ea, & maneat semper amen.

Benedictiones vero domus molestatæ à spiritibus, vel vulgo Monacello ò mazzamorello quia longæ aliæ sunt, haberi possunt in Flag. Dæm. & pulchrius in libel. de Benedic. à R. canale 117.

Benedictio generalis ad quodeumq. Cap. XXXI.

ADiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cęlum, & terram.
Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor, &c.
Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

BEnedic ✝ Domine creaturam istam, N. vt sit remedium salutare generi humano, & præsta per inuocationem sancti tui nominis, vt quicumq; ex ea sumpserint, vel gustauerint corporis sanitatem, & animæ tutelam accipiant: Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum amen. Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Panis, Vini, & Aquæ, & cæterorum commestibilium, & potabilium. Cap. XXXII.

Adiutorium nostrum &c. vt supra. Oratio.

DOmine Iesu Christe qui panis Angelorum, & panis viuus æternæ vitæ diceris, qui ex quinq; panibus, & duobus piscibus quinq; millia hominum in deserto satiasti; & qui panem ipsum & vinum in tui sanctissimi corporis substantiam in vltima cęna conuertisti, idq; in Ecclesia in tui commemorationem perpetuò fieri præcepisti: Tuq; benignissime Iesu qui conuertisti aquam in vinum in Chana Galilea benedicere ✝ exorcizare ✝ & sanctificare ✝ pro tua pietate digneris hanc materiam panis, & vini, & aquæ, & cætera N. vt sit remedium efficax contra potestatem omnium inimicorum, contra omnes facturas, ligationes, incantationes, illusiones, versutias, ac omnia diaboli, & eius ministrorum maleficia, vt quicunq; hanc gustauerint, deuotèq; sumpserint perfectam salutem mentis, & corporis consequantur. Rogamus item te mortis triumphatorem, & humani generis conditorem simul, & redemptorem, vt purificando ✝ purifices; benedicendo ✝ benedicas, & sanctificando ✝ sanctifices hanc panis, Vini, & aquæ &c. materiam in honore gloriosissimæ Virginis Mariæ, omniumq; sanctorum, & sanctarum vt omnino destruat omnē potestatem inimici, & ipsum

vt in ea sit sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mansue-
per tuam potentiam fugare valeat. Descendat quæso super hanc materiam perfecta plenitudo omnium tuarum benedictionum, & per nostræ humilitatis famulatum in honorem victoriosissimi nominis tui purificare ✝ saluberrimum reddere ✝ exorcizare ✝ benedicere ✝ & sanctificare ✝ digneris, & omnibus sumentibus sit perfecta purgatio: fuga: extirpatio, destructio, & exterminatio maleficiorum omnium, & diabolicarum fraudum; & tandem mentis, & corporis optata salus, & protectio, tutela salutis, integritas charitatis, consolatio spei, roboratio fidei, virtus constantiæ, & visitatio Spiritus sancti per te Dominum nostrum Iesum Christum, qui viuis, & regnas in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum amen. Aspergatur aqua benedicta in modum crucis. ✠

Benedictio syruporum Medicinarum, & omnium compositorum medicaminium. Cap. XXXIII.

Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui Fecit cælum, & terram.

Esorcismus.

EXorcizo te medicæ compositionis materia per Dominum Deum creatorem virtutis tuæ, qui per Sanctum Angelum suum Tobiæ seruo suo piscem exenterare præcepit, & cor eius, & fel, & iecur recondi, cum essent necessaria ad medicamenta vtiliter, vt virtutem tuam naturalem retineas, & supernaturalem recipias, ad omnem virtutem diabolicæ fraudis, & impetus coercendos non nostris poscentibus meritis, sed eiusdem Dei virtute occurrente, & passione filij eius intercedente, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. amen. Oratio.

DEus à quo de cælo est omnis expectanda medela, sicut de terra est omnis creatio medicinæ, qui in plenitudine temporum magnum de cælo misisti medicum, quia magnum in terra infirmum iacere noueras: multiplica super nos misericordiam tuam & benedicere ✝ & sanctificare ✝ digneris hoc genus medicinæ remedium seu compositum, vt quicunq; ex eo sumpserit liberetur a vexatione diaboli ex maleficio præcipue illata, & ita illius nexus efficaciter dissoluatur, vt affuisse Dominum nostrũ Iesum Christum agnoscentes gaudeamus, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. amen.

Benedictio olei; descripta in cap. de oleis sua compositione. Cap. XXXIIII.

✠ IN nomine Patris, &c.
Adiutorium nostrum in nomine D. ℟. Qui fecit &c.
Oleum effusum ℟. nomen tuum.
Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis.
Adiuua nos Deus salutaris noster.
℟. Et propter gloriam nominis tui libera nos;
Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
Fiat misericordia tua super nos.

Quem

℟. Quemadmodum ſperauimus in te.
Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor &c. Dominus vobiſcum. ℟ Et cum ſpiritu tuo.

EXorcizo vos omnia aromata, herbas, radices, ſemina, lapides, gummi, & quæcunq; paraui ad componendum oleum, per Deum ✝ Patrem, Per Deum ✝ Filium, per Deum Spiritum ✝ ſanctum, per Deum ✝ trinum, & vnum; per ſanctam ✝ & indiuiduam Trinitatem: vt à vobis effugiat, atq; diſcedat immundiſſimus ſpiritus, omnis incurſio ſathanæ, omnis fraus inimici, & omnis nequitia diaboli, vt mixta cum oleo liberare valeatis quoſcumq; ab omnibus infirmitatibus, ab incantationibus, ligaturis, facturis, maleſitijs: ab omni diabolica fraude, arte, & poteſtate, per merita Domini noſtri Ieſu Chriſti, dilectiſſimæq; Virginis Mariæ, ac omnium ſanctorum amen.

Oratio.

DEus ſanctificationum, qui es infinita pietas. qui cœleſtia, & terrena ſimul moderaris, exaudi quæſumus Domine præces ſeruorum tuorum, & copioſa tua benedictio deſcendat in hoc oleum in honore nominis tui, & victorioſæ ✝ crucis tuæ, & in honore ſanctorum omnium, & ſanctarum totius cęleſtis curiæ.

Tu ò clementiſſime Pater ſanctifica ✝ & miſereator illuſtra ✝ proprio ſplendore clarifica ✝ vt quæcumq; pius ſacerdos vnxerit hoc oleo perfectè ſanare valeat, & ab omnibus maleficijs, facturis, diabolicis fraudibus, dęmonibusq; liberare propter nomen tuum ſanctum, victricem manum, & brachium exceiſum. Tu Domine libera quoſcumq; per manus ſacerdotis vnctos hoc oleo ab omnibus infirmitatibus, maleficijs, incãtationibus, ſignaturis, facturis, & ab omni opere ſathanæ, & ab omnibus periculis mentis, & corporis liberati, per tuam pijſſimam clementiam, & miſericordiam in tua gratia lætantes, in cęlis ſemper poſt mortem exultent: Per Dominum, &c.

De modo vngendi ægrotos à Sacerdote. Cap. XXXV.

Oret priùs.

EXaudi nos omnipotens æterne Deus, pro famulo tuo N. quem modo in nomine tuo oleo benedicto ſum peruncturus, & intercedente glorioſa Virgine Maria, Bartholomeo, Philippo, & Petro Apoſtolo, ac omnibus ſanctis præſta vt huius olei benedicti virtutem ſentire valeat, atq; ab omnibus mentis, & corporis malis, & præſertim à febre quartana, continua, tertianis, alijsq; morbis, maleficijs, facturis, ligationibus, incantationibus, infeſtatione Dęmonum perfectè liberetur, Per Chriſtum: &c.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter.
℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.
℣. Saluum fac ſeruum tuum. N.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Eſto illi Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Fiat misericordia super famulum tuum N.
℟. Quemadmodum sperauit in te.

His dictis Sacerdos extremũ pollicẽ tingat oleo benedicto. & vngat frontem, tempora, oculos, aures, guttur, pectus, cor & vmbellicum (si fuerit vir) sub pedibus, exprimendo pollice signum ✠ interim dicat.

Per istam benedictam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam liberet te N. Deus à febribus &c. atq; ab omnibus malis mentis, & corporis, ab omnibus incantationibus, ligaturis, maleficijs, signaturis, & facturis, tibi arte diabolica factis, in nomine Patris ✠ &c.

Hæc vnctio per istud signum sanctæ ✠ crucis, & per oleum ✠ sanctificatum, & per donum sancti ✠ spiritus liberet te à malo, & fiat tibi ad sanitatem, & sempiternam salutem, amen.

Dum inungitur infirmus Astantes orent, & dicant litanias pro eo, vsq. ad illa, Propositio esto Domine famulo tuo. N. ac deinde sequatur Sacerdos, vsq. ad praces. Infirmus mente oret, ac teneat in manibus candelam benedictam, & aqua lustrali aspergatur à Sacerdote, tum collo suspendatur hæc carta benedicta, sacris inscripta nominibus, ac incluso cereo agno.

Quæ sequuntur nomina Dei scribenda in carta bened. appendenda collo vexati pro curatione, vel secumferenda pro præseruatione, ac inscio vexato superposita manifestum faciant, an sint spiritus immundi ex Mengo in flagello, & canale in libel. de Bened. alijsq.

Cap. XXXVI.

Benedictio carta.

℣. Adiutorium nostrum, &c. ℟. Qui fecit, &c. ℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Coniuro te ✠ carta per verba illa Tituli triumphalis Saluatoris. D. nostri Iesu Christi, & per omnia alia verba, quæ de Creatore omnium creaturarum: & per illum, qui potest tribuere, & facere, vt tantum obtineas virtutem, vt omnia, quæ super te scribentur ad effectum salutis æternæ perducere valeas, & vt omnis fallacia, & vis diaboli exeat de te, & intret omnis virtus prædicta sine mora in nomine Patris ✝ &c.

IESVS MARIA Nomina Dei.

In nomine Patris ✝ & Filij ✝ & Spiritus ✝ sancti amen ✝ Hel ✝ Heloyn ✝ Sother ✝ Emanuel ✝ Sabeoth ✝ Agla ✝ Tetragrammaton ✝ Agios ✝ Otheos ✝ Ischiros ✝ Athanatos ✝ Iehoua ✝ Ya ✝ Adonai ✝ Sadai ✝ Homousion ✝ Messias ✝ Increatus Pater ✝ Increatus Filius ✝ Increatus Spiritus sanctus ✝ Iesus Christus vincit ✝ Christus regnat ✝ Christus imperat ✝ si diabolus ligauit, vel tentauit te. N. sine effectu, vel per sua opera Christus filius Dei viui per suam misericordiam liberet te ab omnibus spiritibus immundis, qui venit de cęlo, & incarnatus est in vtero beatissimæ Virginis Mariæ causa humanæ salutis, & eiciendi diabolum, & omnem malignum spiritum, te in profundum inferni, & abissi. Ecce crucem ✠ Domini fugite partes aduersæ,

sæ, vicit leo de Tribu Iuda radix Dauid.

Horum nominum Dei expositio extat apud S. Hieronimum tom. 3. in epist. ad Marcellam, & sunt prima decem. cætera pulchrè explanantur in bened. à R. Floriano Canale.

Consilium pro exorcista acceptum à DelRio lib. 6. anateph. 10.
Cap. XXXVII.

MOnendi sunt Exorcizatores, vt abstineant superfluis colloquijs,& terminis illis actuum iudiciariorum,quibus iubent dęmonem nunc exire, & iterum se iudicio posset tali die sistere. Secundo vt abstineant formulis illis nouis,& insolitis,ac secretis, & non approbatis iudicio ecclesiæ S.Tertio vt ad exemplū Christi paucis iubeant dęmonē tacere,& exire,nec garriendi præbeant,vel causam vel potestatem. Quarto nō minus,quam alij moneantur exorcistæ nihil curiositatis,aut discendi causa dęmonem interrogare,aut ab eo exquirere, licet id honestissimum sit, & vtile videatur, quia non licet familiaritatem cum eo instituere, vel eius consilium, aut auxilium petere, Nisi fortè virtute Christi vi cogatur, & iubeatur dicere aliquid veri; quod ad spiritualem salutem adstantium prudens, & pius exorcista meritò iudicet pertinere; vt videmus Christum nomen dęmonis interrogasse, vnde consuetudo inualuit nomen dęmonis exquirēdi. Nec fides patri mendacij præstanda est, cum male de aliquo sentit, vel fingit detegere secreta,vel quando mentitur se esse animam alicuius defuncti, vel occisi, vel suspensi, quòd falsissimum semper est.

Audiant antequam exorcizent iudicium Medicorum, an sit obsessus æger, vel maleficio infectus, nam per exorcismos non sanantur morbi ordinarij, etiam si per maleficia ex dęmonibus inferuntur, quòd verè,& prudenter Tostadus monuit non solere exorcismis omnes molestias, & vexationes, quas dęmones inferunt hominibus repelli; sed solum illas, ad quas repellendas exorcismi ab Ecclesia ordinantur, vt sunt molestiæ, quas inferunt manendo in corporibus, & illa vexando; siue dum interius manent,siue dum exterius obsident, & illa inquit, regulariter sanantur per exorcismos, maleficia autem dęmonum, & alia mala, quæ nobis inferunt, contra quæ non ordinantur directè exorcismi non curantur per exorcismos, nisi raró, & indirectè.

BREVIS, ET ELECTVS MODVS EXORCIZANDI
Beneuenti obsessos, & maleficiatos à S. Ecclesia probatus Auctoribus collectus. Cap. I.

Oratio super ægrotos dicenda.

✠ POtentia Dei Patris adiuuet te ✠ sapientia Dei Filij instruat te ✠ virtus Spiritus sancti liberet te ab omnibus malis, & periculis animæ,& corporis. amen.

Iesus Christus æterni Patris Filius, mundique Redemptor, cuius gratia Christianus es, te in catholica fide conseruet, beatumq; faciat, & quòd de credentibus in se dixit: super ægros manus imponent,& bene habebunt Per quindecim sacratissimi Rosarij mysteria, perq; merita, & intercessionem sacratissimæ suæ genitricis Virginis Mariæ, Sancti Bartholomei, Petri, Do-

nati,

nati, Francisci confessoris, S. Floriani martyris, S. Vincentij confessoris, S. Augustini doctoris, & omnium sanctorum, & sanctarum martyrum, virginum, & confessorum ✠ sit tibi clemens, & propitius ✠ ac te ab hac, qua teneris infirmitate liberare dignetur, ✠ tribuatq; tibi perfectam mentis, & corporis sanitatem, ac te in hora mortis protegat, animamq; suscipiens ad Paradisi ianuam perducat Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Tum in aure ter dicatur. Cap. II.

DEeum, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini Creatoris tui.

Item in aure.

In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus sancti ✠ amen. Per quem hæc omnia Domine creas semper bona, sanctificas ✠ viuificas ✠ benedicis ✠ & præstas nobis ✠ per ipsum ✠ & cum ipso ✠ & in ipso est tibi Deo Patri omnipotenti, in vnitate Spiritus sancti omnis honor, & gloria, per omnia secula serulorum, amen.

℣. Domine exaudi &c.

℟. Et clamor. &c.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, te supplices deprecamur, vt imperes Diabolo, qui hunc famulum tuum N. detinet vt ab eo discedat, & libera eum, qui credit in verum liberatorem Dominum nostrum Iesum Christum, vt purgatus ab omne labe iniquitatis maiestati tuæ pura mente deseruiat, per eundem Dominum nostrũ, &c.

Imponat exorcista manus super infirmum, & reliquias si habet dicens. Cap. III.

EXtinguatur, in te. N. omnis virtus diaboli per impositionem manuum mearum, immo per inuocationem sanctissimæ atque indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & Beatissimæ Virginis Mariæ intercessionem, & omnium, Electorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcarum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & Continentium Dei, & præcipuè, omnium istorum sanctorum, quorum reliquiæ, hinc sunt: In nomine Patris † & Filij † & Spiritus sancti † amen.

Dominus noster Iesus Christus: qui dixit discipulis. Super egros manus imponent, & bene habebunt, & dedit eis potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent, & omnem infirmitatem. Ipse præcibus, & meritis Beatissimæ Virginis Mariæ Genitricis tuæ, & Beati Patris nostri Francisci, & Beati Antonij, & SS. Bartholomæi, Philippi, & Donati, concedat tibi perfectam sanitatem, animæ, & corporis; & extinguat, & dextruat in tè, omne malignum opus diaboli, & ministrorum eius amen.

Exorcizatio prima. Cap. IIII.

Prius. N. exorcizatur, & benedicitur creatura, & postea adiuratur dæmon.

EXorcizo te. N. creaturam Dei infirmam, sed sacrosancto Baptismate renatam, Per Deum viuum † Per Deum Sanctum † Per Deum † qui te suo prætioso sanguine redemit: vt fias homo exorcizatus, & effugiat, atq;

discedat

discedat à tè omnis fantasia, & nequitia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adiuratus, per eum qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Oremus.

DEus misericordiæ: Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum, quod diligis, corrigis, & piè ad emendationem coerces, te inuocamus Domine, vt famulo tuo N. qui in corpore patitur membrorum debilitatem, gratiam tuam conferre digneris, vt quidquid terrena fragilitate corruptum; quidquid diabolica fraude violatum est. Viritati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annectæ, Miserere, Domine gemituum; miserere lacrimarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in misericordia tua ad tuæ sacramentum reconciliationis admicte. per Christum Dominum nostrum. amen.

Ergo maledicte diabole recognosce statim sententiam tuam da honorem Deo vero, & viuo. da honorem Iesu Christo Domino nostro. da honorem Beatissimæ Virgini Mariæ, vt recedas ab hoc Dei psalmate, cum tua factura quem Dominus noster Iesus Christus redemit suo pretioso sanguine.

Exorcizatio secunda. Cap. V.

EXorcizo te. N. creaturam Dei infirmam per misericordiam Dei Patris ✝ Per Incarnationem Dei Filij ✝ & per virtutem Spiritus sancti ✝ vt fias creatura munda, & purgata ab omne labe iniquitatis ad recipiendam virtutem Spiritus sancti superuenientis, & eicias omnem nequitiam sathanæ, & ministrorum eius ad inuocationē Altissimi, per eum qui descendens ad inferos confregit portas æreas, & confitenter reducens SS. Patres ad dexteram Dei sedet in Gloria Patris. amen.

Oremus

DEus infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxilij tui super infirmum famulum tuum ostende, vt ope misericordiæ tuæ adiutus. Ecclesiæ tuæ sanctæ, incolumis repræsentare mereatur. Per Christum Dominum nostrum. amen.

Ergo maledictæ diabole, &c. vt supra.

Exorcizatio terza. Cap. VI.

EXorcizo te. N. creaturam Dei afflictam, per potentiam Dei Patris ✝ per sapientiam Dei Filij ✝ per clementiam Spiritus sancti ✝ per Deum trinum in personis, & vnum in essentia, Deum viuum, & verum, & ab omnibus spurcitijs demonum facturis, ligaturis, & incantationibus, sis sana, & libera, per eum in cuius nomine es baptizata. Accipe Spiritus sancti gratiā. per Regem Regum, & per Dominum Dominantium, cui honor, & Imperium est in secula seculorum. Amen.

Oremus.

DEus, qui facturæ tuæ semper pio dominaris affectu inclina quæsumus aurem tuam supplicationibus nostris, & creaturam tuam diabolica infirmitate laborantem placatus respice, & visita in salutari tuo cælestisque gratiæ presta medicinam, per Christum Dominum nostrum. amen.

Ergo serpens antique maledicte recognosce sententiā tuam, recognosce virtutem Altissimi, & ministerium nostrū. Da honorem & gloriā omnipo-

tenti

tenti Deo Patri † & Filio † & Spiritui sancto † In nomine Domini nostri Iesu Christi † Per Tropheum Sanctæ Crucis eius; recede ab hac creatura redempta eius pretioso sanguine, cum omnibus tibi fauentibus adiuratus.

Benedicat infirmum.

BEnedicat tibi Dominus, & custodiat te: ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui, conuertat vultum suum ad te, & det tibi pacem, Dominus benedicat tè .N. amen: Dominus Iesus Christus apud tè † sit, vt te defendat: Intra te sit † vt tè conseruet: Ante tè sit † vt te deducat: Post te sit † vt tè custodiat. Super tè sit † vt te benedicat. Qui cum Patre, & Spiritu sancto in Trinitate perfecta viuit, & regnat in secula seculorum. amen.

Aspergatur infirmus aqua benedicta in fine cuiuslibet exorcismi.

Deinde.

PEr hanc aquam benedictam, omnis spiritus immundus, & occursus Sathænæ separentur à te, & fugiat à nobis in nomine Patris † & Filij & Spiritus sancti † amen.

Præceptum demonibus de se manifestando. Cap. VII.

SI adestis demones in hoc corpore intus vel extra per al quod maleficiũ facturas, ligaturas, signaturas; fascinationes, incantationes, maleficia, vel quouis alio modo presentialiter, virtualiter, aut potestatiue. Præcipio vobis in virtute Dei omnipotentis, vt statim absque vlla mora manifestetis vos metipsos, inferendo aliquam læsionem illis partibus corporis, in quibus estis in signum præsentiæ vestræ tantum. Imperat vobis Deus Pater † Imperat vobis Deus Filius † Imperat vobis Deus Spiritus sanctus Omnipotens. †

Solutio maleficiorum. Cap. VIII.

SI aliquis maleficus, vel malefica pacto tacito, vel expresso signo muto, inito cum diabolo vos demones, ligauit in corpore isto, Ego auctoritate Omnipotentis Dei, & sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & sanctissima Romana Ecclesia, mihi tradita absoluo creaturam istam, Sanguine Christi redemptam ab omnibus maleficijs, facturis, signaturis, fascinationibus, incantationibus, & ab omni labe diabolicæ iniquitatis, & ministrorum diaboli. Et dissoluo in nomine eiusdem Omnipotentis Dei Patris, Et in nomine Iesu Christi Filij eius Domini nostri, & in virtute Spiritus sancti, & dissoluta decerno omnia maleficia, facturas, ligaturas, incantationes, fascinationes, veneficia signaturas, & omnem diabolicam nequitiã, in corpore, vel circa corpus istius creaturę facta, & fabricata, quouis modo, & dissoluta decerno, & præcipio tibi maledicte diabole, & socijs tuis, vt amplius, non habeatis potestatem vexandi creaturam istam, nec inferendi ei aliquem languorem, dolorem, aut infirmitatem, nec impediendi eam in operationibus suis naturalibus, & supernaturalibus, aut manẽdi in hoc corpore, à planta pedis vsq; ad verticem capitis, sed statim, vi, virtute, Omnipotentis Dei, sitis coacti recedere cum omnibus maleficijs, & iniquitatibus vestris. Ad honorem sanctissimæ atq; indiuiduæ Trinitatis viuentis, & Beatissimæ Virginis Mariæ, amen.

Oratio

Oratio hae dicitur flexis genibus.

DEus, qui Beatum Petrum à vinculis, absolutum illesum abire fecisti, eius quæsumus absolue vincula maleficiorum, & omnia mala, ab eo propitius exclude: Qui viuis, & regnas, in secula seculorum, Amen.

Dominus soluit compeditos, Dominus erigit elisos, & vias peccatorum disperdet: Diripuisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus, à nobis iugum ipsorum. Vos Domini confringentis cedros, & confringens Dominus cedros libani. Dominus noster Iesus Christus, qui dixit discipulis suis quis vos audit me Audit, & qui vos spernit me spernit, & quicunq; alligaueritis super terram, erunt ligata, & in Cęlo, & quacunq; solueritis super terram erunt soluta, & in Cęlo. Qui educit vinctos, in fortitudine, & in vinculis, non derelinquit Sanctos suos: ipse absoluat te N. ab omni maleficio, ligatura, vexatione demonum, & ministrorum eius, & ab omni malo. amen. Io. 3. In hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.

Præceptum Dęmonibus. Cap. VIIII.

PRæcipio ex parte Sanctissimæ Trinitatis Patris ✝ & Filij ✝ & Spiritus sancti ✝ per merita Sanctissimæ Passionis D. N. Iesu Christi. Per merita Beatissimæ Virginis Mariæ, Beati Patris Francisci, & Beati Antonij, & omnium Sanctorum, & Sanctarum, qui in paradiso, quòd si fuit datum aliquid per maleficium ad comedendum, vel bibendum, Creaturæ isti N aut si vos maledicti diaboli portastis, in corpore suo, aut composuistis aliquid in eodem, non habeatis potestatem, vel facultatem, vel virtutem conseruandi, agitandi, vel mouendi ea, & quod ammoueatis ipsam potestatem, facultatem, & virtutem, & sitis astricti, dissipare omnem laqueum, nodum, & compositionem quæ fuissent in prædictis rebus, & cogamini ea disiungere, separare, & remouere, à visceribus, ab intestinis ✝ & ea per secessum emicti facere, deorsum vel per illa loca, quæ sunt magis expedita, & magis libera sine aliqua læsione animæ, & corporis istius Creaturæ N. ad honorem Sanctissimæ Trinitatis Patris ✝ & Filij ✝ & Spiritus sancti ✝

Rursum si præsentialiter estis in hoc corpore, vel per aliqua maleficia. Præcipio vobis, ex parte Omnipotentis Dei, quòd non habeatis potestatem standi, morandi, vel abscondendi vos in aliqua parte istius creaturæ N. sed vi, & virtute Dei compulsi, & coacti decedatis, statim, & absque vlla mora cum omnibus maleficijs, compositionibus, facturis, signationibus, infirmitatibus, & languoribus, de cunctis membris, & partibus interioribns, & exterioribus, & abire ad loca vestra, & de cunctis pertinentibus ad ipsam Creaturam N.

Et Ego authoritate Omniptentis Dei Iesu Christi D. N. & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ expello vos dæmones, cum omnibus vestris maleficijs, & facturis, de Capite ✝ de Vertice ✝ de Ossibus, ✝ de Pelle ✝ de Capillis ✝ de Pericranio ✝ de Medulljis ✝ de Cartillaginibus ✝ de Neruis ✝ de Principijs Neruorum ✝ de Collo ✝ de Nuca ✝ de Auribus ✝ de Temporibus ✝ de Fronte ✝ de Cilijs ✝ de Supercilijs ✝ de Oculis ✝ de Palpebris ✝ de Pupillis ✝ de Tunicis oculorum ✝ de Naribus ✝ dc Facie ✝ de Maxillis ✝ de Genis ✝ de Labijs ✝ de Ore ✝ de dentibus ✝ de Gengiuis ✝ de Palato ✝ de Lingua ✝ de Superlingua ✝ de Faucibus ✝ de Gutture ✝ de Sublingua ✝ de Aspera arteria,

✝ de Mento ✝ expello vos de ſpatulis ✝ de Humeris ✝ de dorſo ✝ de Spina o de Muſcolis ✝ de Bracchijs ✝ de Cubitis ✝ de Pulſibus ✝ de digitis ✝ de Iuncturis ✝ de Vnguibus ✝ Expello vos de Pectore ✝ de Mammellis ✝ de Stomacho ✝ de Ore ſtomachi ✝ de fundo ſtomachi ✝ de Ventriculo ✝ de fundo, ✝ de ore ventriculi ✝ Expello vos de Corde ✠ de Præcordijs ✠ de Splene ✝ de Pulmone ✝ de Hepate ✝ de Felle ✝ de Inteſtinis inferioribus,& ſuperioribus ✝ de Maioribus, & minoribus ✝ de Ventre ✝ de Vmbilico ✝ de Circumſtantibus illum ✝ de pudendis ✝ de Vaſibus ſeminalibus ✝ & Genitalibus ✝ de Veſſica ✝ de quatuor humoribus ✝ Expello vos de Renibus ✝ de ſubtus Renibus & ſupra ✝ de Spinali medulla ✝ de Femoribus ✝ de Genibus ✝ de Tibijs ✝ de Suris ✝ de Talijs ✝ de Pedibus ✝ de Neruis ✝ de Iuncturis ✝ de Arterijs ✝ de Venis ✝ de cunctis membris, & partibus ✝ Immo de Domo, de Veſtibus, de Bonis eius, de Cunctis pertinentibus ad ipſam Creaturam, N. & non habeatis poteſtatem, in aliqua iſtarum partium ſtare, vel vos abſcondere. Cedite maledicti date Gloriam Deo, date Gloriam Ieſu Chriſto D. N. date Gloriam, & honorem Beatiſſimæ Virgini Mariæ.

Ecce Crucem ✠ Domini Noſtri Ieſu Chriſti fugite partes aduerſæ: Vicit Vos,& mundũ Ieſus Chriſtus, qui eſt Leo de Tribu Iuda, Radix Dauid, allel.

Ecce ſignum redemptionis noſtræ,& fugite partes Aduerſæ &c.

Ecce ſignum confuſionis veſtræ, & fugite &c.

Chriſtus vincit, ✝ Chriſtus regnat, ✝ Chriſtus Imperat. ✝

Aliud præceptum Dæmonibus. Cap. X.

PRæcipio etiam in nomine Dei omnipotentis, quod nullus dæmon audeat venire in auxilium veſtrorum, nec vos habeatis poteſtatem, aliquod auxilium excipiendi, aut petendi ab alijs dæmonibus, nec alios dæmones ponere in loco veſtro; ſed ſitis adſtricti in virtute Dei recedere ab iſta creatura; Taliter quod nunquam vos, nec alij diaboli habeatis poteſtatem, agthotatem, facultatem, aut virtutem redeundi, nec præſentialiter, nec poteſtatiue, nec virtualiter, ſed cogamini eundi ad loca veſtra, vel ad loca ſterilia, & in aquoſa, vbi nemini noceatis.

Date Gloriam Deo Patri,& Filio, & Spiritui Sancto, Date Gloriam Beatiſſimæ Virgini Mariæ, Beato Patri Franciſco,& Beato Antonio. Cede Deo omnipotenti rebellis creatura reprobata.

Attolite portas Principes veſtras. Attolite portas Principes veſtras. Attolite portas Principes veſtras.

Deſtructio Maleficiorum.

AVthoritate omnipotentis Dei deſtruo omnia maleficia, facturas, ligaturas, ſignaturas, faſcinationes, incantationes facta contra Creaturam iſtam N. ſiue ſint in Domo, ſiue extra Domum, ſiue in liminaribus, ſiue in ſuper liminaribus, ſiue in tecto, ſiue in pauimento, ſiue in ſcala, in gradibus ante portam, aut in via ✝ ſiue ſint in lecto ✝ ſiue ſupra lectum, ſiue intra lectum, ſiue ſubtus lectum, ſiue in tabulis, ſiue inſtraminibus, opertoris, capitialibus, aut in veſtibus, in auleis, in calceis ✝ in arboribus, in poſſeſſionibus, in doleis in cella vinaria, in vino, ſiue in aqua, ſiue ſint fabricata in ferro, in ere, in ſtamno, in auro, argento viuo, lana, lino, ſerico, ſiue in viſceribus animalium quadrupedum, raptilium maritimorum, aut volatilium, ſiue in vi-

ſceribus

sceribus mortuorum, aut ossibus, neruis, siue in cibo, potu, siue intus, siue extra corpus, vel quouis alio modo, & loco, omnia dextruo, & destructa decerno, & aufero à nobis potestatem amplios ea mouendi, aut agitandi contra Creaturam istam. N. aut aliam.

Christus vincit † Christus regnat † Christus imperat † vobis Dominus Pater † Dominus Filius † Dominus Spiritus sanctus † Imperat vobis Beatissima Virgo Maria Dei genitrix: Date gloria Deo &c. vt supra.

Aliud præceptum dæmonibus. Cap. XI.

MAledicti, excommunicati, & rebelles, sitis in pęna æternalis, & nulla requies sit in vobis, si statim, non eritis obedientes præceptis meis, in Virtute Dei, & Domini nostri Iesu Christi: & verbis, quæ dicuntur de illo, qui orbem contremere facit. Recedit statim de creatura ista, & de domo eius per virtutem istorum verborum, Agla † Iehouah † Tetagramaton † Adonay Iesus Messias † Emanuel † Sabahot † Vnigenitus † Sapientia † Fons † Origo † Paracletus † Mediator † Agnus † Ouis † Alfa † Omega † Primus, † & Nouissimus † Serpēs † Auis † Leo † Vermis † Verbum † Splendor † Lux † Imago † Sol † Panis † Flos † Vitis † Mons † Lapis † Angularis † Sponsus † Pastor † Propheta † Sacerdos † Agios † Otheos † Atanatos † Hischiros † Panteon † Sanctus Deus † Sanctus fortis † Princeps pacis † Pater futuri seculi † Sanctus & Immortalis † Dominus Iesus Christus Nazarenus Rex Iudeorum per ista nomina, & per omnia alia nomina, quæ dicuntur de Creatore omnium Creaturarum, & de Iesu Christo Domino nostro. Impero vobis angelis sathanæ ita præsentes, sicut absentes, vt exeatis, & recedatis cum omnibus maleficijs, & iniquitatibus vestris ab hac Creatura Dei N & eatis ad loca arida, & inaquosa, vbi nec aratur, nec seminatur, neç nomen Domini inuocatur, nec nominatur.

Imperet vobis Deus Pater ✠ Deus Filius ✠ Deus Spiritus sanctus ✠ Increatus Pater ✠ Increatus Filius ✠ Increatus Spiritus sanctus ✠ Omnipotens Pater ✠ Omnipotens Filius ✠ Omnipotens Spiritus sanctus ✠ sicut deficit, fumus, sicut fluit cera à facie ignis, sic deficiant, & pereant peccatores à facie terræ.

Hic accipiat benedictionem à Domino, & misericordiam á Deo salutari suo. Auerte Domine mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos confrigam illos, nec poterunt stare, cadent suptus pedes meos.

Oratio.

DEus, qui Beato Petro Apostolo tuo collatis clauibus regni cælestis ligandi, atque soluendi Pontificium tradidisti: concede, vt eius meritis, & intercessione famulus ab omni vinculo maleficiorum, misericorditer liberetur. Qui viuis, & regnas in secula seculorum. Amen.

Psalmi dicitur.

QVi habitat in adiutorio. In Domino confido. Deus in nomine tuo. Domini est terra. vel iudica Domine nocentes me.

Aliud præceptum demonibus. Cap. XII.

DE mandato Dei omnipotentis, qui cuncta ex nihilo creauit, qui vt tuam superbiam vinceret sua humilitate factus est omnibus humillissimus: & infirmus: disce te humiliare, & sub pedibus nostris incuruare in

X 2 nomine

nomine suo, & si ades in hoc corpore per aliquod maleficium statim, te manifestare, & solutis omnibus maleficijs recede, & relinque Creaturam istam, sanam, & liberam sicut erat prius, date Gloriam Deo nostro Patri, et Filio, et Spiritui sancto.

De mandato Dei omnipotentis, qui facit mirabilia magna, solus, qui percussit Egiptum cum primogenitis eorum, excussit Faraonem, cum exercitu eius in mare, qui percussit Leon Regem Amorreorum, et Og Regem Basan, & omnia Regna Chanaam. Præcipio vobis, vt statim dissoluendo omnia maleficia discedatis de cunctis membris istius creaturæ Dei, et non habeatis amplius potestatem vexandi creaturam istam, nec exterius, nec interius, per merita Beatissimæ Virginis Mariæ per immaculatam eius Conceptionem, per Natiuitatem eius, per Annunciationem eius, per gaudia, et dolores eius, per Assumptionem eius in Cælum, per Gloriosam exaltationem eius super choros Angelorum, per omnes virtutes, et dona eius, obedite rebelles Gloriosissimæ Virgini, date ei honorem, et gloriam, quia ipsa vos cogit, ipsa vos conterit, ipsa vos imperat, ipsa vos vrit &c.

Et Ego iterũ authoritate Omnipotentis Dei impero vobis per nomen magnum, & terribile omnipotentis Dei viui, vt non habeatis potestatem super famulum istum N. nocendi, nec in die, nec in nocte, neque in orando, neque vigilando, neq; dormiendo, neq; sedendo, neq; stando, neq; comedendo, aut bibendo, nec sua naturalia exercendo, neq; in vlla hora diei, neq; noctis, nec habeatis potestatem intrandi in domum suæ habitationis, nec in vlla figura ei apparere, nec inferendi ei aliquando languorem, infirmitatem, dolorem, aliquid mali in corpore, siue extra, siue in bonis eius, etiam minimis. Per virtutem omnium Angelorum, & Archangelorum, per virtutem illius, qui descendit, in fornacem ardentem trium puerorum Ananiæ, Azariæ, et Misaelis, & resoluit vincula eorum in medio camino ignis, & soluit nunc omnia vincula facturarum, ligationum, & maleficiorum, ab hac creatura.

Adiuro vos per virtutem omnium Sanctorum, Patriarcharum, per Vincula Beati Iosephi, per merita omnium Prophetarum, per merita duodecim Apostolorum, per merita omnium Martyrum, Confessorum, Virginum, per merita, & vincula Beati Ioannis Baptistæ, per merita quatuor Euangelistarum, per merita Beati Ioseph Sponsi Beatissimæ Virginis Mariæ, & per merita B. P. nostri Francisci B. Antonij Abbatis, & B. Antonij de Padua, per merita B. Viti, & BB. Martyrum Cipriani, & Iustinæ, Beati Philippi Nerij, & Bartholomei Apostoli, & omnium Sanctorum, & Sanctarum.

Deus Vltionum Dominus. Deus Vltionum, libere egit. Exaltare qui iudicas terram redde retributionem superbis. Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur, captabunt in animam Iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus, in adiutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet illos, Dominus Deus noster. Oremus.

Concede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus &c.

Replica cum magno feruore, spiritu & fide eadem, & sequere.

Ecce Crucem Domini Nostri ✠ Iesu Christi, fugite partes aduersæ, vicit

vos,

vos, & mundum Iesus Christus, qui est Leo de tribu Iuda, radix Dauid allel.

Ecce signum ✠ redemptionis nostræ, fugite &c.

Ecce Sancta ✠ Crux digna, lignum super omnia ligna. Per hoc Crucis signum ✠ tollitur omne malignum.

Protestatio, & condemnatio. Cap. XIII.

ALioquin meis non obediendo mandatis condemno vos æternaliter, vsq; vltimum inferni profundum, pænæq; vestræ semper augeantur centies centena millia, & milles millia millium plusquam pænæ eorum, qui in imo baratro crucientur, iterum sub pæna mittendi vos in stagnum ignis, & sulphuris æternaliter, de cuius ore exeat gladius bis acutus, & deuoret vos perpetualiter, quemadmodum imperauit Deus in illo turpissimo loco, impero vobis, vt meis obediatis mandatis Coniuro etiam vos sub pęnis supradictis, & centies centena millia, semper adiungendis, vt statim, & sine mora meis obediatis mandatis supradictis, & hoc impero vobis non mea virtute, & auctoritate, sed nomine ipsius qui vos de cęlo præcipitauit ob superbiam, & inuidiam vestram. Ac etiam præcipio omnibus principibus, & magistris, ac omnibus inimicis vestris, qui habent super auctoritatem, vt non lateant vobis imminere supradictas pęnas, & centies centena millia, & millies millium semper adiungendas, si statim, & sine mora, & momento non cogant vos meis obedire mandatis, & deinde exire realiter de corpore istius creaturæ N. Et non obediendo feram contra vos sententiam maledictionis, & excommunicationis, & condemnationis vestræ in stagnum ignis, & sulphuris æternaliter. Maledico, & excommunico, eicio & percutio vos maledictos diabolos in virtute Sanctissimæ Trinitatis Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus sancti ✠ maledicat vos Deus Pater, maledicat vos Deus Filius, & Deus Spiritus sanctus, & eiciant, & percutiant vos omnes inimici vestri diaboli, & princeps vester sathan; et vos maledicti estote in hoc corpore, & extra in aere, aqua, igne, terra, & vbicunq; futuri estis, et patiamini pęnas inportabiles, et afflictionem vestram nimiam nisi statim recedatis, de corpore istius creaturæ N. Dei cum omnibus maleficijs, & incantationibus vestris, nec vnquam ad eam redituri, amen.

Pro ligatis in Matrimonio. Cap. I.

PRimo Confessionem faciant suorum peccatorum, postea cum magna fide, & spe curationis, cum confidentia in Deo omnipotente, qui facit mirabilia solus magna, & in meritis Passionis Iesu Christi, & Beatissimæ Virginis, et Sanctorum intercessione, genuflectatur coram Sacerdote, et tunc idem sacerdos manibus impositis super capita eorum dicat.

Extinguatur in te vel in vobis N. &c. vt supra. Exorcizo te &c. etiam vt pag. 158. Deinde dicuntur, Psalmi. Beati omnes, qui timent Dominum &c. In Domino confido &c. Et Domini est terra.

℣ Saluos fac seruos tuos Deus meus sperantes in te.
℟ Esto nobis Domine turris fortitudinis, à facie inimici.
℣ Nihil proficiat inimicus in eis.
℟. Et filius iniquitatis, non apponat nocere eis.

Oratio.

Deus qui Beatum Petrum à vinculis absolutum &c. vt supra.

Absolutio maleficorum. Cap. II.

AVthoritate Omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, à Sancta Romana Ecclesia, mihi concessa absoluo te N. Creaturam Dei, ab omnibus maleficijs, incantationibus, ligaturis, & signaturis tibi factis arte diabolica, & omnia ista diabolica, destruo, annihilo, extirpo, & eradico ab omnibus membris tuis, vna cum omnibus infestationibus, molestijs, doloribus, vexationibus, passionibus, & impedimentis, quomodocumq; & qualitercumque tibi factis, vt recedas a Creatura ista maledicte diabole, & socijs de cunctis partibus eius, & virtute diuina coacti omne ligamen, & impedimentum dissoluatis quomodocumque factum, vel compositum, & sinatis ei facere omnes operationes suas naturales, & supernaturales, recte, & ne habeatis potestatem eos impediendi. Christus vincit † Christus imperat † Christus regnat. †

Secundus exorcismus.

Iterum exorciso te creaturam Dei, &c. vt supra, *& etiam destructio maleficiorum quæ incipit* Authoritate, omnipotentis Dei, *& postea dicitur.*

℣. Domine exaudi orationem meam.	℟. Et clamor meus &c.
℣. Saluos fac seruos tuos.	℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Esto eis Domine turris fortitudinis.	℟. A facie inimici.
℣. Dominus vobiscum.	℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus qui in Paradiso Terrestri Matrimonium instituisti in officium, siue conseruationem, & multiplicationem, humanæ naturæ, Gen. 3. & ipsum matrimonium mirabiliter honorasti, in aduentu tuo, & primordijs miraculorum tuorum. Tu per merita Beatissimæ Virginis Mariæ, & præcibus eius, & Beati Patris nostri Francisci, Antonij, & omnium Sanctorum, & Sanctarum tuarum digneris hos famulos tuos, quos matrimonialiter, coniunxisti, benedicere, & plene liberare, ab omni ligamento, fascinamento, & maleficio Sathanæ, & dare eis fecunditatem, & gratiam, vt possint, vti matrimonio suo, ad generandum proles, Deo gratas, hominibus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Iesus Mariæ Filius, Mundi Salus, & Dominus sit vobis clemens, & propitius. Amen.

Post dicuntur Psalmi Qui habitat in adiutorio Altissimi. Iudica Domine nocentes me. & credidi propter quod &c.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, & ne nos inducas &c.

Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos, qui educit vinctos in fortitudine.

Dominus vobiscum, & cum spiritu tuo. Oremus.

DEus qui vterum Beatæ Mariæ mirabiliter fecundasti, vt de Spiritu sancto conciperet, portaret, pareret, & nutriret, Te Deum, & hominem Saluatorem: inuocamus clementiam tuam, vt his famulis tuis N. N. (remoto omni dæmonis impedimento, & maleficio) fæcunditatem donare digneris, & generare, & concipere, portare, parere, & nutrire, Tibi prolem, valeant in vitam æternam. Amen.

In nomine Patris, &c.

Iesus Mariæ Filius, mundi salus, & Dominus, qui Beatissimæ Virgini Mariæ Matris tuæ fælicem partum tribuisti: ip[si] [ti]bi concedat, vt possis in vtero portare, fouere, parere, & bene nutrire prolem Deo, & hominibus, gratam. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus sancti ✠ Amen.

Oratio Annæ 1. Reg. 1.

Exercituum Domine, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq; seruæ tuæ sexum virilem; dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius. Amen.

De pueris affectis morbis magicis. Cap. I.

Sæpissime contigit magicis morbis vexatos ceu paratiores pueros curare, hinc saluberrimum, piumque putaui, & his, & medicis morbis conferentes huiusmodi orationes præponere.

✠ In nomine Patris &c. Pater noster, Aue Maria &c.

Ex ore infantium, & lactentiū Deus perfecisti laudem propter inimicos tuos.

Laudate pueri Dominum, &c. Ex ore infantium, &c. repete.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sequentia S. Euangelij secundum Matth. ℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore accesserunt discipuli ad Iesum dicentes; Quis putas maior est in Regno Cælorum? & aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum Cælorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in Regno Cælorum, & qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscepit: qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Veh mundo à scandalis, necesse est enim, vt veniant scandala. Veh tamen homini illi per quem scandalum venit. ℟. Laus tibi Christe.

Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo,

℣. Sinite paruulos venite ad me: ℟. Illorum est enim Regnum Cælorum.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DVlcissime Domine Iesu Christe qui ob multitudinem miserationum tuarum vt saluum faceres genus humanum de cælo ad terram descendisti, te supplices deprecamur, vt per gloriosissimam natiuitatem tuam, per baptismum, & sanctum ieiunium tuum; per crucem, & passionem tuam, per mortem, & sepulturam tuam, per sanctam resurrectionem tuam, & per admirabilem ascensionem tuam, super hunc puerum famulum tuum N. infirmum rorem tuæ benedictionis infundas, atque eum à qua detinetur infirmitate liberes, & ab omni malo protegas, & defendas.

Deinde dicatur.

Concede nos famulos tuos quæsumus &c.
Actiones nostras quæsumus Domine &c.
Benedictio Dei Patris omnipot. &c.

℣. Sequentia S. Euang. secundum Matth. ℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore cum introisset Iesus Capharnaum accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Domine puer meus iacet in domo paraliticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio ait: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam, & ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit; & alio veni, & venit; & seruo meo fac hoc, & facit; Audiens autem hoc Iesus miratus est, & sequentibus se dixit. Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel: dico autem vobis quod multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in Regno Cælorum. Filij autem regni eicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium, & dixit Iesus Centurioni. Vade & sicut credidisti fiat tibi: & sanatus est puer ex illa hora. ℟. Laus tibi Christe.

Psal. 83. contra hostes populi Dei & spiritus nequam.

DEus quis similis erit tibi, ne taceas, neq; compescaris Deus, quoniam ecce inimici tui sonuerunt &c.

LAVS DEO.

LIBER SEXTVS

DE MAGICORVM AFFECTVVM Particularibus Remedijs.



Capitis Doloribus Mag.

Cap. I.



CVncta morborum genera posse vi dęmoniaca causari mediantibus pactis antiquis, vel modernis, tacitis, vel expressis, solemniter, vel priuatè probata extat supra decisio. Pro quorum adiuuamine plura in vniuersali, ab vnoquoque tamen etiam mediocriter docto applicando in particulari lib. 3. scribebamus: nũc vt in quibusdam notioribus exerceas, hæc pauca obseruata, electa elegimus, & vt nobilior habearis semper diuinis rebus roboranda curas; Hipp. n. licet sine fidei lumine, lib. de nat. mul. & de morbo sacro ait, maximè quidem numen in omnibus causa est, ac subdit, oportet autem eum, qui hæc rectè tractare velit, primum quidem ex Dijs ordiri, ac Gal. lib. de med. expertis vltimo nobiliores Medici alijs probantur, qui curabant per cibos sacrificiorum; hinc Virg. 1. Geor.

In primis venerare Deo; atq; annua magna &c.

Ouid. p. de arte am.

Dentur in antiquas thura, merumq; focos.

Capitis affectiones medicæ sunt plures. A Veneficis autem ortæ sunt confusæ, vagæ, ità vt nunc videantur ex intemperie calida, nunc frigida, vel sicca, vel humida, vel sine vel cum materia, aut per essentiam sine alio membro affecto, vel per alicuius partis consensum, vt plurimũ tamquam à clauo infixæ, vel perforatiuæ, aut extensiuæ; aut grauatiuæ, inordinatè, vel periodicè cum vigilijs, mæstitijs, somnijsq; horrendis timoribus; ac cum impositione manus Sacerdotis æger, vel magis cruciatur, aut exonoratur.

Quarè cùm morbus sit magicus præter naturam à vi dæmoniaca indicat sui abscissionem; abscindi non potest existente causa, quæ vel

est vis immediata dæmonis, & ità rebus diuinis oppugnandum, vel mediata quatenus conseruantur magica instrumenta, ac resultat ea reperienda, suoq; ritu vtenda. Aut ex applicatione venenorum, & huic oppugnandum alexipharmacis, vel quatenus mouet humores, & isti sunt purgandi, aut organa vitiat, & debilitat, & sic ea reducenda, aut roboranda; aut instrumenta interna educenda.

Imperata prius nobiliori euacuatione, vtpute Dieta à Saligia, ieiunio, & oratione; Chyrugia elemnsynis, ac disciplinis, pharmacia, vomitu peccatorum Sacramento Confessionis, alexipharmacis, & roborantibus Sacramento Sanctissimæ Eucharistiæ, præseruatione, obseruatione decem Dei præceptorum. cœterum pro regimine recurre ad cap. 5. nostri lib. 3. quo vtere prout complexio, ætas, vires, anniq; tempora coindicauerint. Diuertendo primo frictionibus, pannis benedictis, ligaturis digitorum manuum, & pedum, cucurbitulis, clysteribus; Plethora apparente sanguis mittendus à communi primo, tùm à cephalica, & si natura vergit per venas sanguifluas adiuuanda, vel prouocanda etiã ante purgationem. Tùm præparetur humor calidus; qui ex siti, ariditate, vigilijs, ansietate, colore flauo, vel rubeo fit notus, hoc syrupo. R. sy. de infus. ros. rub. de acido citri, de borragine an. vn. ÷ aquæ hyperici, vel bettonicæ, aut huius decocti. R. fol. bettonicæ, carlinæ, abrotani, rosf. rub. an. p. 1. rad. peoniæ, manus Christi an. dr. ÷ seminis hyperici, herbæ paris, rutæ an. scru. 1. decoquũtur leniter in aqua fontis, cuius R. vnt. 3. pro vice. Sin frigidus, cuius signa color albus, flemmatis sputum, nulla sitis, somnus, & somnia aquarum, capitis, corporisq; grauitas.

R. sy de sthecade, oximellis, absynthij an. vnc. ÷ decocti prędicti vnc. 3. m. vel his similia.

Facta prius perquisitione, an cum capitis grauitate, & molestia adsit stomachi perturbatio, vel ponderositas, vt fiat coniectura de interno maleficio. Tunc incipiendum est prius à vomitorijs; quamuis in praxi ordinaria vomentia soleant caput implere; sed in casu nostro morbus est à parte mandante, & per consensum, quæ euacuatione prohibetur ne mandet, foueat, tutũ igitur vtendum vomitorijs in pag. 101. notatis.

Pro purgante R. flor. cord. p. 1. senæ, or. epithymi polipod. quær. an. vnc. ÷ mirabolan. citr. & Keb. agar. troch an. dr. 1. hyperici, bettonicæ an. dr. ÷ dec. in succo ros. ps. in 5. col. diss. sy D. Aug. vel de polipod. mag. de 9. infus. ros. rub. an. vnc. 3. confec. Amech. ʒvij. ellec. succi ros. dram. 11. m. f. p.

in calida affectione R. Fl. cord. p. 1. sandal. citr. tormentillæ, cort. mirab. citr. semin. pepniæ an. dr. ÷ Sebesten nu. 2. senæ, tamarind. an. vnc. ÷ f. d. in aqua infus. ros. rub. in 5. col. diss. Rhaub. pul. dr. 1. ÷ sy ros. sol. ps. vnt. 4. viol. vnt. 2. diacapt. Arn. vnc. ÷ m. f. p. Ad corroborandũ caput sero, & mane post cęnam. R. zacch. ros. rub. florum adianti. flor. gariofil. & citri an. vnc. 1. specierum diambræ, diamarg. frigidi an. dr. 1. herbę paris, semin. acetosæ, portulacæ, corall. rub. pp. ar. an. scr. ÷ fol. auri nu. 11. m. dosis sit vntia. Sin affectio perseueret, iterum humores prępa-

pa-

parentur addendo in prædictis ſyrupis olei ſulfuris, vel vitrioli G. 3. tùm euacuentur his pilul. R. ſenæ, turbit. colocinthid. an. ſcr. 1. agarici, aloes hepp. diagridij, rutæ, hyperici an. ſcr. ÷ cum ſucco bettonicæ f. pil. 7. m. poſt duas horas potandæ ſunt quatuor vntiæ ſy D. Auguſt. cũ vntia ſupradicti decocti. In calidis conferunt pill. de R haub. aggreg. cochiæ an. dr. 1. cum ſy roſ. ſol. vel manna.

Nec derelinquendæ particuleres euacnationes per os. R. angelicæ odor. galangæ, pyretri, nigellæ, maſticis an. dr. 1. cum gũmo arab. diſſol. in aqua fl. citrang. f. maſticatoria manè. Naribus iuuat puluis nigellæ, vel tabacci, vel helleb. nigri. aut R. gariofil. rutæ, nucis muſcatæ, macis, ſtehcad. aſtrolog. rotundæ an. ſcr. 1. ceræ q. ſ. f. naſale.

In calidis. R. ſucci bletæ, cyclaminis, maioranæ, aquæ roſ. alb. an. vnt. 1. pro maſticatorio confert R haub. vel maſtix.

Lotiones etiam conducunt abraſo capite cum lixiuio, in quo decoctę ſunt herbæ betton. lauri, mirti, ſthecad. roriſmarini, maioranæ, radices peoniæ, & brioniæ, aſtrolog. rotundæ: ac cum ſpongis fouere. laudantur catuli inciſi, oleum bened. balſamum. Tu hoc ſapone vtere, R. pul. iridis, iunci odorati, ſthyracis calamitæ, belzuini, laudani, macis, gariofil, ſandalorum an. dr. 2. puluerizẽtur, ac adde ſaponis communis vnt. 2. incorporentur omnia cum oleo ſpicæ, vel flor. citrangulorum cum ſufficienti quantitate amidi. muſchi, ambræ, vel zibetti ad libitũ, & f. pilæ.

Si neque hic cederet, deueniendum ad decocta ſalſæ, vel chinæ cum herbis præſcriptis in decocto ſyruporum, ac cauteria duo facienda, vnum in dextero bracchio, alterum in coronali commiſſura, ac applicatur hoc emplaſtrum mirificum. R. hyperici, rutæ, verbenæ, valerianæ, bettonicæ, roriſmarini, ſaluiæ, artemiſiæ, roſ. rub. an. p. 1. quinquefolij, baccarum lauri, abrotani, ſpicæ nardi an. dr. 1. aloes, maſticis, peoniæ, aſtrolog. rot. palmæ Chriſti, angelicæ odor. an. dr. 1. laudani, thuris, ſulphuris, myrrhæ, ſtyracis, caſtoris an. ſcr. 1. conterenda contunde, puluerizanda pulueriza, & cum viſco quercino, pice, & terebinto f. emplaſtrum mirum in omnibus doloribus pertinacibus à craſſis, & frigidis humoribus, & flatibus.

Caſtoris aut teſtes triſti miſcebis aceto,
Quis roſeum iunges oleum, nitrumq; minutim.

inſtrumenta maleficis, ſi interna, vel ſupra, aut infra educenda, ſi externa, inuenienda per omnes locos opinabiles. His enim repertis, & vſtis ſolet ceſſare affectio. Vltimo fiant ſuffimigia cum prædicto emplaſtro igne partim impoſito, cum pſal. 134. Aduertendum omnia priùs benedicenda iuxta Ritum S.R.E. demum tentanda mutatio domus, Cęliq; magna animi pietate ieiunijs, orationibus, elemoſynis, ad Templa, Sanctorumq; ſepulchra Romæ, Neapoli, Beneuenti, Salerni. &c.

Cap. II. Epilepsiæ, ac Vertigini Mag.

PEractis vniuersalibus , experim. purgabat his à Sacerdote benedictos. R. antimonij præparati, castorei, opij sanguinis draconis an. gr. 7. m. tùm infusione helleb. nigri. Vtere per 30. dies succo bettonicæ, & lauri ad vnc. 2. tùm rad. vincitossici dr. 1. com aqua tiliæ. Valet etiam appensa rutis siluestris, & pyretrum, vel viscus quercinus, semen, vel radix peoniæ. puluis, vel aqua, vel confectio àcori, artemisiæ, fili pendulæ, imperatoriæ, palmæ Christi, ossis caluariæ hominis, vel asini; item succi paralisis, vel hyperici, vel iuæ, vel lilij conuallis dr. 1. per 10. dies valet, tùm cor lupi, vel caro, vel iecur milui, aut muris, vel talpæ,

Castoris amphibij testes merguntur aceto
Multo, qua patiens ieiuno deuoret ore,
Concidit ex morbo si quispiam hunc suscitat Alcis
Vngula, si manui compressæ inserta tenetur.

ex Gal. de Dynamidijs cap. de epilepsia extat magnus puluis, & laudatur decoctio abrotani.

In paroxismo fumus capillorum eiusdem patientis, aut galliæ muscatæ, vel fellis testudinis, aut galbani.

Dicatur, Abrenuntio tibi Sathan, & cõiungor Christo Iesu. Purget, & mundet, & muniat nos Titulus triumphalis I. N. R. I. crucifixus. Pater eius, vel mater, aut domestici ducant infirmum ad Ecclesiam feria 4. & 6. & Sabbato audiet Missam, in qua dicat Sacerdos super caput patientis Euangelium S. Marci 9. interrogauit Iesus populum dicens præcedente Confessione, & S. Communione. Tùm consulo vt in omni maleficio legatur cap. vlt. & penult. Apocalypsis 5. 10. & Isaiæ 14. & c. 16. Marci, & cap. 17. Matthæi.

Cap. III. Phrenitidi, & vigilijs Mag.

EXpurgatis humoribus, & vaporibus, vnge frontem (cum his rebus prius benedictis) oleo mandragoræ cum camphora, uel oleo salicis nares, & tempora, uel succo hederæ, papaueris, uel lacte mulieris cũ succo radicis celidoniæ, uel iusquiami; uel sy de papauere, uel requies intra, & extra.

Amphibias capitis ranas imponito raso.

Maniacis. Mag. Cap. IV.

HÆc dira affectio postulat maiorem diligentiam ab Exorcista, & Medico, sæuiunt sæpè in semetipsos patientes, & potum, & cibũ, &

& medicamina respuentes, dentesq; claudentes, ità vt coacti aliquando fuimus ad Dini Bartholomæi tumulum eos ducere, ac vigorosis exorcismis, præcationibus, & præceptis, & alimenta, & medicamenta aperto ore eo in loco præbere. in praxi enim medica alimenta, & medicamenta recusantes, moriuntur. Quare præimperata sanguinis missione, ventosis scarificatis, apertis hemorrhoidalibus venis; stratagemmate, ac iucundis medicamentis succurrendum est ægris.

Decet vti antimonio præparato, ricino, puluere Al Karoti, ac granis 30. cataputiæ correctæ, vino hebellori nigri de reliquis recurre ad cap. 1. à proprietate valet cibus muris assati, vel sanguinis, vel pulmonum agni, super cerebrum ponitur raphanus tritus, vel cinis testudinis, anulus dextræ vngulæ asini gestatus, aut celidonius lapis, uel dr. 1. cornu Rhinocerontis, uel dr. 3. Diathamaron, ex cuiusdam antidot. pag. 769. uel quintaessentia Lulli.

Sic iecur exustum ueteri cum rore lyei exhibitum confert: combusta aut ungula pota ieiuno stomacho drammarum pondo duarum Asini.

Ex diuinis dicitur Euangelium S. Marci cap. 5. Exeunti Iesu de naui &c. & S. Lucæ cap. 4. Descendit Iesu in Capharneum &c. ex lib. exorcismi.

Melancoliæ Insaniæ Mag. Cap. V.

VIctus temperatus, & humidus; phlebotomia, ex uena splenis, uel hæmorrhoydali; purgetur præparatis humoribus sy de pomis; borraginis, oxiz. cum medicamento uniuersali ex sy D. Aug. cum ros. ps. cum Rhaub. confec. Amech. cum decocto senæ, epythemi, ac bis in hebdomate accipiat hyeme ante prandium has pillulas. R. hyenæ Gal epythemi an. dr. 1. aloes præparatæ dr. ÷ Tripheræ magnæ dr. 2. pul manus Christi scr. 1. m. cum succo borrag.

Laudantur sy magistrales, china, balnea aquæ dulcis notata in lib. 3. ac etiam enplastrũ ibi descriptum. Vsus sum hoc poluere. R. epithymi dr. 4. lapidis lazuli optimi agarici troch. an. dr. 2. scamonij dr. 1. gariophyllorum n. 20. m. & da dr. 2. cum sero ouino aut aqua bonagini cum ex perientia ex Parreda.

De lapide armeno cælesti colore plura morbis melancholicis memorant, vt Trallianus, Attuar. ait Guainerus se nunquam esse deceptum ab hac forma R. cap. armen. scr. 2. croc. grana 10. macis scr. 1. m. f. puluis ponendus aqua zacchari, nõ prætermittuntur radices mocicchan, aut brioniæ, pinei indici lapis lazuli præparatus, vel pillæ Armen. Aetij.

Spiritus recreant condita, confectio iacinti, Al Kermes, de gemmis elyxir, vel R. agni casti, peoniæ, iuniperi, ros. herbæ paris an. dr. 1. pul fragment, gẽmarum an. G. 3. m. f. puluis, vel cum sij de pomis f. confect. conferunt cauteria in crure, tibijs, & capite, tùm obiurgationes flagellationes, & imperia, ità vt solis his sanitati sunt aliqui restituti.

Sicuti quoque in illa, quæ dicitur cutubuth, seu lupina insania, quæ Februarij mense, vt plurimum inuadit, non solum magicaui, sed robore humoris melancholici.

Vētriculos cerebrū quoties niger occupet humor versus tristia spectra mouens, nec non phantasmata dira obijciens oculis, veluti si Dæmonis astus impeteret quemquam, dans noctes absque quiete, ex diuinis oratio Tobiæ cap. 3. iustus es Domine &c. oratio Hieremiæ 31. & 17. musica Sanctorum hymnorum Ecclesiasticus cap. 40. laudat vinum, & musicam, vt in illa Saulis à cythara Dauidis cantantis tàm diuinos hymnos seu exorcismos, ac benedictiones rebus infusus.

Potest etiam naturaliter opem ferre musica ad mulcendos melancholicos succos, licet à Dęmone exagitatos. Auicenna sen. p. t. 4. cap. 18. notabile scripsit. Et quibusdam medicorum visum est, quod melancholia contingat à Dæmonio, sed nos non curamus cum Phisicam docemus, si illud contingat à Dæmonio, aut non contingat postquam dicimus, quod si contingat à dæmonio tunc contigit ità, vt conuertat complexionem ad choleram nigram, & sit causa eius propinqua cholera nigra, deinde fit causa dæmonium aut non dæmonium.

Plura sunt insaniendi genera quam ferè morborum nomina, à similibus actionibus acquirentia denominationes, vt puta à cane canina, à leone leonina, à gallo gallicina, ab auibus auina, ab asino asininina, a lupo lupina, à vulpe vulpina, (hanc callent multi) à boue bouina qua.

Addam hic de melancholia ex Gal. Rufo, & possidonio, vt morem geram petitioni D. Io. Baptistæ Roscij Patritij Ben. ex Aetio lib. 6. 9. Euadunt plerique melancholici in venerem proniores, obliuiosi, timidi, misericordes, ad fletum prompti solitudinem amantes, dæmones ab inimicis veneficis imissos quidam suspicantur; alij noxium quippiam se deuorasse credunt, quam opinionem id ipsis confirmat, quod mox abominabilia, & monstrosa vomant; videntur autem alijs alia. Prorsusque morbus hic varius est, & inexplicabilis. Velut ecce, vt de timore loquar, quidam amicissimos formidat, alius omnes etiam homines metuit, hic in lucem prodire timet, ille tenebrosum aerem sectantur; alius eundem refugit; ferè omnes tantum in obscuris locis versari gaudent sepulchrisq; & solitudinibus, nonnulli etiam vinum, oleum aquam quoq; & omnia liquida metuunt, vt qui a cane rabido demorsi sunt. Vtq; summatim dicam melancholica delyria multorum generū sunt, propter multiplices illorum imaginationes, vnum tamen vniuersis cōmune est timor, & mæror; omnes. n. præter rationem tristantur, vt si interroges nullam mæroris causam afferre possint. Hæc & alia Aetius cōtemplatione digna medicis, ac magis Exorcistis illis.

☞ Qui obseruatis aliquibus ex supradictis signis sine medicorum conzilio, sine obseruatione signorum clariorum, decidunt de existentia Dęmonum, vel malefici.

Hyp-

Hyppochondriacæ Melancholiæ, & flatuosæ, Magicæ. *Cap. VI.*

HAnc sæpè mouet inuidus Dæmon ob humoris rebellis simboleitatem, sibq; huius affectionis velo plura abscondit, præsertim morbi magici essentiam operaq; magorum, ne patientis cessaret afflictio, qua ad humanam ruinam voluntariè gaudet, expiscant ob morbi diuturnitatem, impatientiam, infidelitatem, desperationem, ob humoris tenebrositatem, terrorem, & mæstitiam; propter continuos cruciatus vel ab humoribus adustis vel flatibus cruditatibusq; rixas, furores, odia &c. siccine confunditur sapientium mens ad veram causam perscrutandum, & sicut Aetius supra cit. melancholiæ omne tribuit ferè malorum, nos medicos diligentiores, & callidiores monemus esse.

Phisicè etiam obseruantur diuersitates sententiarum in partium affectarum, causarumq; hyppochondrij decisionibus.

Ponitur ab aliquibus cum Diocle os ventriculi accensum seu Flogosis, ab alijs hepar huiusmodi affectum, collocant multi stomachum ad frigidum, & humidum distemperatum; pleriq; venas mesenterii obstructas aut auidas a caliditate attrahente, alij splen tamquam perpetuum melancholiæ receptaculum; Ac inferunt, sicuti non datur febris sine cordis affectione, ita & melancholia sine Liene affecto, alij omentũ & intestina affirmant; afficitur aliquo caput per consensum dictarum partium, ex quo notandum contra vulgares in hac affectione necessariũ non esse delyrium, sufficit tantum aliqua moris mutatio, vt ex miti liberalis, auarus ac immitis &c. nam scio Doctissimos, & prudentissimos viros ac litteratissimos hac affectione laborare, apprehensione, discursu, ac memoria felicissimos.

Pro causis sunt qui dicunt eam esse phlemmaticam, ex flatibus, cruditatibus, alij calidam, & adustam tenent, ex siti, oris amaritudine, & siccitate, stypticitate, ex rapaci suctione venarum mesenterij, cum vix inchoata coctione in ventriculo attrahant, crudaq; attracta, rugitus, flatusque ac torsiones causant; adiuuat etiam intemperies calida hepatis in citè attrahendo sic videtur calidum in frigido, humidum in sicco habitare, & è contra.

Dicitur morbus, ex contrarijs intemperiebus, litteratos potius & cogitabundos affligens; causæ, & multa scribentur in scholio sequenti, pro monstroso viro in philosophiæ, Theologiæ, Canon; schola, vt sua pro Reipub. Christianæ tutela tot laboriosa volumina, ne dicam à Grauina graui grauedinosa, grauida mineruà prolabuntur veredica, ac insignia testimonia. Alibi.n. luculenter scribebam in historia huius mali Illustrissimi ac Reuerendissimi D. V. S. R. Comitis Gaudij Castelli nobiliss. familiæ è S. Eustachio Beneuenti v. Gub. scriptoris, & a scriptoribus celebrati; secretario omni exceptione maiore illi, & per

Reue-

Reuerendo *D.* Placido Gemino Castello.

Hanc affectionē curant Auctores sola victus ratione, & balneo aquæ dulcis, vt vnc. de loc. aff. c. 7. Galenus docet initio morbi, nam dum diuturnus factus est portiora requirit remedia, cui videtur adstipulari Paulus, & Aetius.

Morbus igitur cū constet ex contrarijs intemperiebus indicat aerē, cibum, & potum temperatum, vt esset manna Moysis, & aer & potus Paradisi Terrestris; certè meliorem vtrumq; modum eligeas, tum vena secetur basilica ad vntias quatuor ac humores præparentur vnc. ÷ de borragine de pomis de ox. sy vel corticibus citri cum aqua mellissa

Leniterq; purgetur manna vel sy rof. sol. ps. vel viol. vel sy D. Aug. vel cichoreę nicolij, vel de polypodio, vel de epythemo cum Rhaub. & confec. Amech. vel diacapth. deinde aperienda vena anularis dicta saluatella cum ferè semper sit lien affectum. 1. de ar. cur. ad glau. *5.* & lib. de sang. m. c. *13.* & *14.* Nec non venæ hemorrhoidales quæ trahunt a toto, & præsertim a vena splenetica laudatæ in affectibus melancholicis *6.* aph. *2.* præsertim in assuetis, vtamur syrupis magistralibus Altinati, Amati, iuribus cōsumptis cum sena epythemo & cordialibus floribus, cum mellissa, & pimpinella, verbena & hyperico, tum valet seri cō china assiduatio diebus calidis; ac nostrę pillulę infra scribendæ, & balneis cum prædictis herbis vtere. Ponam iulep. nobile, R. chinæ opt. vnc. *1.* aquæ mellissæ lib. 2. infunde per 24. horas, ac decoquatur ad cōsumptionem tertiæ partis, addendo in fine seminis hyperici, dauci, herbæparis, sandali citrini, cort. citri an. dr. 1. coletur, & cum zaccharo fiat iulep. aromatizetur cum ligno aloes, & muscho cum aqua florum citrangul. dosis sint vnc. 4. pro vice vtimur quoq; dram ÷ huius pul. cū vino vel aquæ citrangul. R. pul. aromat. rof. fragment. prętiosorum, diamurg. frigidi an. dr. ÷ zucchari fini dr. *2.* m.

Et pro restauratione R. conseruæ florum ac summitatem mellissæ, conseruæ rosismarinæ, flor. gariofillorum, ex toto citro, & borrag. rof. rub. an. vnc. *1.* confec. iacinti dr. ÷ pul. diamarg. dr. ÷ m. dosis sit vncia ieiuno mane, & si addas myrobalani cōditi vnc. *1.* est magni vigoris ad tuendam vitam, acuendum intellectum, confirmandumq; memoriam, sicuti sunt essentiæ perlarum pro magnatibus præferendæ nimis essentijs auri, vt probat Panza. 2. p. c. 32. & tenet nobilis D. Iacobus Roceus. Colleg. Salerni primarius. Nec aspernendæ frequentes euacuationes, & in magicis affectibus pia & sacra exercitia, ieiunia, & orationes, & benedictiones supra scripta, & dicenda.

SCHOLIVM

Adm. Illustri, ac per Reuerendo P. Dominico Grauina Ord. Præd. omnium artiū, scient. S. Theolog. Magistro, &c.

CVm Beneuenti paucis diebus moram fecisti Eminentis. D. Cardinalē Oregium nostrū quond. Arich. visitandi causa, à quo, & ab omni-

omnibus palatinis, doctisq; Beneuentanis mira lætitia, & honore, sed benemerito, receptus es: ipse vt tanti viri patrocinium lucrifacerem congratulatus meam tibi seruitutem obtuli, & cum obiter de nostra antiquissima Piperni patria quam Ataui nostri de Guarino bellis deuastatam fuga reliquerunt.

Iordano Principe capuæ 1477. N. Ioanne Lauerentio Beneuentano testante aduentum tum versum illum Virgil. explicantes.

Priuerno antiqua Metabus cùm excederet Vrbe, & de Camilla, ac de arguta respõsione in Senatu Romano, & de vnione in bellis cum Samnitibus &c. te quidem Duce memoriam celebraremus, laudauimusq; historiam typis edendam per Reuer. D. omnibus scientijs insignitum P. Theodorum Valli de Priuerno Dominicanum &c.

Tua nobilissima humanitas me honorandi causa hippochondriacę melancholiæ affectionem præposuit, quæ tui famosi, laboriosiq; studij effectus (animi pabulum, corporis tamen castigatio, & tenuatio) Philosoph. Sacræ Theolog. Historię, Canon. &c. contra delyria, hæreticasque prauitates pro libertate Ecclesiæ, volumina tot nè dicam lumina, clypeum, & normam, &c, Cui paucis morem geram, collectis supradictis, superfluisq; quæ non faciunt ad curationem reiectis; cùm clara sit morbi essentia in melancholia hippochondriaca flatuosa, non æstuosa satis; temperamentum vniuersale declinans ad melancolichum à sanguine crasso adusto, & propter ætatem annorum 63. clymatericam, frequentissima studia parum refrigeratum, cum calida hepetis intemperie, frigida ventriculi, uenarumq; mesenterij, cum flatibus, obstructione; ut pars hippochondrij affecta caliditas uolarum manuum, & pedum sitis, orisq; amaritudò, cum mæstitia sine causis indicant.

Antequam ad curationem descendam. Noto de humoribus, quos Galenus 7. aph. 42. bilem uocat genericè omnes humores, & in ultimo com. addit nisi quis putrefactione pituitam in biliosum humorem transire, & degenerare uelit. huius species 1. de cris. 12. lib. de atra bile 2. scribebat prima bilis porracea, uel in uentriculo à cruditatibus, uel ab igneo calore in uenis generatur: Secunda uitellina, quæ fit ex adusta bile flaua: Tertia eruginosa ex istis adustis: Quarta rubiginosa ex maxima præsertim uitellinæ adustione in uenis; uel quorum uapores trãsmissi, uel impulsi, uel geniti ad uentriculum melancholicos effectus hippochondriacos causant ferinos, & atroces, sicuti quando aduritur melancholia naturalis, quæ dicitur fex, seù sanguinis sedimentum, dicta propriè atra bilis, nàm impropriè ex adustione sanguinis crassi dici potest atra bilis, vt etiam ex torrefacta pitutia, & adusta factaq; salsa ex Arabum, non uerò Gal. & Manardi sentẽtia, negante pituitam posse aduri, sed tantùm putrefieri sua naturali crassitate, & frigiditate referente Montano p. p. 188. sed equidem partes terreæ pituitæ aduri possunt, ac atram bilem generari. Ita ut ex quattuor assatis humoribus gignantur quattuor species atræ bilis; ex sanguine crasso, ex fece eius, seù ex bile russa, & ex pituita præsertim salsa, maligna, quæ sæpè solet in

ratis præcipuè esse in causa;nàm etiam insipida, & dulcis ex contracta putredine,vel in ventriculi fundo, vel alibi excitant hanc affectionem; Ex dissolutione enim spirituum propter speculationes ventriculus calore natiuo depopulatur, sic datur occasio gignendi copias serosarum humiditatum,& flatum, quæ à cibo boni quoq; chili transacto in præiacentem materiam conseruantur,& augentur.

Accedit ferè necessaria obstructio venarum meseraicarum, & illa cum impetu attractione succorum crudorum à ventriculo. Ac sicut nō datur febris sinè cordis læsione,vel terziana sine hepatis affectione, ità vt plurimum non obseruatur melanchonia hipp. sine lienis læsione ad ventriculum vitiosum humorem mittente. Galen. 5. de loc. aff. 6. ait quidam ex illis qui flatuoso vocato morbo vexantur splenetici fiunt, quocirca conijciendum est ex hoc viscere vitiosam saniem in ventriculum irruere,vel vt ferunt Rar.& Abyr. non raro à splene melancholia non attrahitur,quapropter sanguini permiscetur. vnde ex calore debilitato innato vapores à materia ista crassa eleuantur, qui petentes exitū murmurationes, & cruciatus inferunt.

Affectio hippochondriaca melancholia, tibi tantùm principiata, cū constet ex cōtrarijs intēperiebus, resultat composita curatio, inspecto prius ad quod magis vrget, quod est humor melancholicus siccus, ac flatus generatio,ventriculiq; debilitatio,ideo regimem, & cura debēt prius vergere ad humidum vel alterans, vel nutriens, quid Galen. sola victus ratione humida,& balneo aquæ dulcis curabat. Victus ratio cōsistit in sex rebus non naturalibus primo in aere temperato, læto, non obscuro,paludoso,vel crasso,nebuloso,sed maritimo, montano, vel tenui,habitatio non sit subterranea, sed hyeme versus meridiem, æstate versus zephiras, ethesiosq; ventos;pomis compositis, vel suffumigijs, arte tempori congruo parata,vt hyeme igne cum Thure, & belzuino, styrace; æstate floribus rosarum, gariofillorum, aqua,& aceto rosato sandalis correcta. Siccine regula debetur vestitui, vt hyeme sint vestes duplæ, æstatis;& ventriculus cum sacculo communi,vel emplastro vtriusq; Galliæ, vel illo, quod donat nobilissima in Regno Neapolitano nobilitas,ac humanitas,Illustriss. D.D.Leonardi Tocci Apicij nunc March. iam iam Principis, eiusq; filij benem. D. Don. Antonij, Beneuenti decoris.

Cibi sint,panis optimus, carnes vitulinæ, vel verneci, hædi,leporis, gallinæ iuuenis,vel pulli,inter aues ficedula,turdi,riuezzi,pernices, & starnes;pisces saxatiles,quales Trottæ,vel mulli,aut auratæ, oua non vituperantur recentia,& sorbilia,si sint familiaria, inter olera sint borrago endiuia,cichoreum, attriplex, lupulus, lactuca sonchus,cucurbitæ longæ talli seu stipetes, far, asparagus: fructus sint vuæ passulæ pingues, mela appia, dulcia pruna, fraghæ vino ablutæ,malum tantum præcochium. Sit semper cena breuior prandio, ac dum masticentur edulia, procul cogitationes, speculationesq; sit inimicus aceruus saporum, quia multi cochi fecerunt plures egritudines, cùm plus occidat

gula,

gula, quàm gladium; non confecta digestione in ventriculo non edas; cruditas mater omnium morborum, & Cic. lib. de senec. dicebat tantū cibi, potusq; esse adhibendum, vt reficiantur vires, & non opprimantur; lacticinia vt facilè corruptibilia, & flatuosa interdicuntur.

Potus debet esse proportionatus complexioni, & cibo, sit vinum vulgo cos. quod si moderatè & bonum bibatur, non solùm in corpore, sed in anima operatur, vt Auic. de viribus cordis, & Gal. quid animi.m. &c. fugienda vina crassa, recētia, turbida, & corrupta, ingrata, ac etiam varietas, sit guttur tuum sicut vinum purum optimum; post pastum non negatur paruus optimæ aquæ potus, & æstate à vespere potatio aquæ chinæ, vel mellissæ cum pauco pepone, vel cucurbita condita zaccharo, post cibum, & potum standum hilari animo, nec studendum, aut laborandum, imò post horam in diebus magnis parum dormiendum. & licet otium sit vitium passionis animosæ, & à Seneca 7. epist. appellatur mors, ac Pater omnium vitiorum, tamen in 3. epist. 26. ait tantùm omnino indulgendum, dandumq; subinde otium quod alimenti, ac virium loco sit. Quod enim caret altera quiete durabile non est.

Exercitia, seù motus sunt necessaria ad corporis firmitatem, excrementorumq; insensibilem certè euacuationem. Homo enim dicebat Hipp. sanus esse non potest nisi laboret; labores ea quæ insunt consumere solent, cibi & potus ea quæ euacuata sunt explent. Euitandæ tāquam venena animi immoderatæ passiones, seù pategmata, præsertim timores, tristitiæ, curæ, spiritus tristis desiccat ossa; & dant gaudia vitā. & Eccl. 5. hoc itaq; mihi visum est bonum, vt commedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo quo laborauit. Tristitiam non des animæ tuæ; Accedit necessaria nostri corpori inanitio, quàm bellè descripsit Plato in Timeo. Cognoscebat enim profectò illi nostri generis fabricatores nos ad cibum, potumque intemperatos fore, ac propter ingluuiem plusquam modus, ac necessitas postulauerit ex his assumpturos: igitur ne subitus propter morbos interitus adueniret, atque ita imperfectum mox genus mortale desineret, inferiorem ventrē fabricauerunt ad esculentorum, poculentorumq; superabundantiam capiendam, & excernendam, sic intestina per secessus; renes vterum, & vessicas per vrinas: pectus per sputamina; caput per nares aures palatū oculos, & suturas; Totum corpus per sudores, & sordities, ac ventilationes pororum. Quare & ante prandium, & ante cœnam semper educenda sunt excrementa nisi natura tamen arte, præsertim in hac affectione, in qua generantur in omni cibatione; sub inanitione cadit, etiam vsus veneris huic affectui noxius, sed cum castis non est discurrendum.

Venit secundum instrumentum dictum Chirugicum, & laudantur frictiones; & sæpè ventosæ ante cenam, & licet affectus non sit magnus & acutus, tamen quia timetur fieri talis, & ad euentilandum hepar non vituperatus sanguinis missio, & pro præseruatiua, verè ea vena hepatis, autumno à venis internis sedis, ac cauterium in crure.

Pro tertio instrumento præter dicta in curatione, verè purgato cor-

pore laudarem, vel serum lactis cum china, uel sy. Altimari magistralis, & quia tibi arrident pilulæ in hac affectione utiles, ideo scribemus aliquas: Rases, Aetius, & Paulus laudant purgari sæpè cum epythimo, & aloe initijs huius melancholiæ, nàm cum confirmata ueratro utuntur; sic Gal. 6. de morb. uulg. 1. ueratro quidē purgare si ualdè antiquus affectus, qui ceù uectibus, ut dicam extruendus, quod uel sero caprino, uel aqua mulsa, uel alio humectante dandū; & 6. aph. com. 47. hos melancholicos purgat Gal. uere, & autūno per inferiora, & crassos humores initio ueris, subtiles uerò in fine, queādmodū epilepitcos, & arthriticos & hæc pro cōmuni praxi. Nos igitur periculū fecimus magni esse adiuuaminis bis in hebdomate, superfluitates, quę magnæ generantur à labefactata concotrice per epycrasim expurgare, ideò usq; ad caniculæ exortum ante cænā, uel prandium, hæ pilulæ frequentandæ. R. aloes hepat. præparatæ in quatrupla quantitate succi rof. pf. ac siccatæ secundùm artem dram. 1. R haub. opt. scrup. 2. epythemi dram. ÷ cum succo borrag. f. pilulæ 5. ac deaurentur. Si abundet flemma adde scr. 1. agarici trochis, cum aqua flor. citrang. componanturq; Nec aspernendus prædicti iulepi de china usus, & pro adiuuanda stomachi coctione adherendum operimentum pelle cādidi Oloris, uel edacis Vulturis, Coruiq; marini, uel sacculus in Farina; ità tamen nè tangat regionem hepatis.

Affert Aretæus omni generi melancholiæ. Maluæ seminis pondo dr. 1. exhibere experientia compertum est; quid auxilium nunquam ledære potest cum aquæ mellissæ, uel citri

Vritur in cineres testudo deinde lyæo
Immista ebibitur, vel cornu Rhinocerotis
Scobs, datur ad dramma pondus.

De Incubo Magico. Cap. VII.

CVm quis in somno, quasi rem grauem aliquid super se cadere sentiat Auctores incubum nominant, in praxi medica est vapor ingrossatus in cerebro oppilans vias spiritibus in magica, vel Dæmon inferioris ordinis, vel stryx premendo, vel accubando, vel vaporem euaporando.

Ieiunandum in sero; purgandum hyera agar. & sena. Alex. extollit suas pilulas. R. diagridij dr. 1. hebell. euforbij, nitri an. scr. ÷ pulpæ coloquintidæ dr. 1. bdellij. aloes hep. an. scr. 1. cum infus. rof. rub. f. p. dosis aoreus vnus. Postea laudatur vomitus, & dr. 2. seminis atriplicis, vel vt laudat Aetius 28. granis cataputiæ. cæterum applica quæ diximus in cap. de epilepsia cùm sit via ad istam. Tu utere hoc miro. R. ossis caluariæ humanæ, semin peonicæ, brioniæ an. scr. pul. & cum aqua betton. dētur per quattuor uices.

Tectigeræ laudant quidam testudinis acre

Fel

Fel summo studio quoties naribus indit.

Dicatur Euangelium S. Marci 7. & Lucæ 6. & benedicant quæ benedicenda sunt.

Incubo, & Succubo Dæmonio Drusio Cap. VIII.

INcubus, vel Succubus Dæmon in venereo actu cum malifica (vel rarò cum malefico) volente fit corpore assumpto, vel aereo, vel reali vi spirituali, delectationis, vel impregnationis causa, vt plurimæ extant practicatæ historiæ, & concrematæ milieres, præcipuè in p. 2. Q. 1. à cap. 4. Mall. Spreng. vbi habetur quòd actus illos venereos exercent maleficæ in diebus festiuis, vt Natali D.N.I. Paschatis, & Pentecostes; propter tria. Primo vt grauius, ac sacrilegum committatur peccatum, pœnaq; grauior ab ipsomet luchraretur. Secundò, vt propter commissa grauiora peccata Deus facilius permittat Dœmonibus operari ad hominum ruinas etiam innoxiorum. Tertiò, vt maiori opportunitate plures præcipitari faciant, præsertim iunenculas, quæ festiuis diebus otio, & curiositatibus amplius insistunt. Addo etiam ad spernendam nostram Religionem; & ideò solent ieiunare in diebus Dominicis, ac edere carnes in die Saturni; Merlinum, Gigantes, & Alexand. Magnũ, qui medicina exercuit ; tali coitu ab Amone gentium refert Plutarcus.

Solent etiam viri, & mulieres contra eorum voluntatem molestari ab incubis, vel succubis Dęmonibus, vt de Virgine, & alia moniali narrat Spreng. cap. 1. Possunt etiam huiusmodi Dæmones immitti vi maleficis ad contumeliam, & dedecus matrimonij, vel virginitatis, viduitatisq; vt testantur historiæ.

Cura huius maleficij, incuborumq; Dæmonum fundatur in abstinentia SALIGIÆ, huiusq; Confessionis, Sanctaq; Dominici corporis Communione, oratione, ieiunijs, exorcismis, lociq; mutatione, sæpe Crucis signaculo, aspergineq; aquæ lustralis, recitatione Dominicæ orationis; Angelicæq; salutationis, Salue Regina.

Tùm serò, & manè corde proferre, Abrenuntio tibi Sathan, & coniungor tibi Christe Iesu. S. Bernardus curauit mulierem sex annis ab incubo vexatam, vt in huius vita; vide Formic. Niderij cap. 10. in exẽplo 4. lib. 2. Prati floridi reuelatum fuit ab Angelo Religioso cuidam quid ad auferendam carnis tentationem, nec non incubum recitentur versiculi Psalmistę piè, *Confige Domine timore tuo carnes meas*, & etiã oratio S. Susannæ Daniel. 13. *Ingenuit Susanna &c.* & Psalm. 31. *In te speraui &c.*

Conuulsionibus Lectigationibus, Oscitationibus, Tremoribus, Timoribus Magicis. Cap. IX.

PRoportionatè dietandum; tùm purgandum medicamentis scriptis cap. 2. repetitam, conferunt iua artetica, eufragia, ruta, hypericus, iuniperus, abrothanus, radix acori, anacardi, castoreus, pyretrum, assafœtida, iris, scordeum, angelica odorata, gentiana, cardamonus, bacæ lauri, quorum fieri possunt pulueres, decocta, confectiones, olea, linimenta, emplastra cum solitis benedictionibus à pio Exorcista periti medici iudicio applicanda. Tùm optima horum extracta quintessentiæ sunt; Balzamum, & oleum Magni Ducis iuuant. Masticatoria continuanda. R. sasifragæ, nigellæ, masticis, pyretri, tabacci an. scrup. 1. cum cera fiant pilulæ masticandæ. Naribus confert puluis tabacci, castorei, nigellæ, vel succus rutæ, atriplicis, bletæ; item myrrha, & mumia vino dissoluta: oleum de been, & pilulæ de serapino sunt laudatæ.

Oleum de Gagate magnifit, & medulla Cerui.

Atractos reuocat neruos, caro sumpta Columbæ.

Timori conducunt ferè eadem scripta cap. de melancholia, à proprietate obseruatur oculus, vel dens dexter Lupi, vel Vrsi, vel Leonis suspensus, radicis astrologiæ rotundæ, vel serpentariæ cum thuræ suffitus, vel horum pulueris dramma sub capite p. non 5. ac lapis armenus à pueris gestatus nocturna terriculaméta arcet ex Anselmo Boetio 143. de gemmis, sicut stellarius, opalus, & lapis Belzuar verus,

Qem visu dignum ist ar gallinæ oui

in studio Perillustr. ac Reuerendissimi D. mei Compatris Maximiliani Raguccij S. Th. V. I. D. Proton. Apost. Can. Pœnit. & Primic. Basil. Eccles. Ben. ac. Eminentiss. & Reuerendiss. D. Francisci Card. Barberini V. C. & Abb. S. Sophiæ, Vic. Gener. &c. vidi.

Amori insano Mag. Castitatiq; conducentibus. Cap. X.

IN Medicorum schola vocatur amor inordinatus, & irrationalis, quem aliquis habet erga aliquam mulierem, vel puerum non propter bonum finem; vnde dicitur mentis insania, qua animus vagatur per inania crebris doloribus permiscens gaudia.

Læditur imaginatio, æstimatiua, ac memoria in hoc casu à vi Dæmonis, vel actiuè, vel passiuè cum venenosorum applicatione à pacto magico; voluntas tamen hisce philtris non cogitur vt lib. 1. pag. 34. fusius

Quisquis amat ranam, ranam putat esse Dianam;

Adiuuant in externo maleficio fabricato prius diligentia, & perquisitio,

sitio, illiusq; reperti vstio, instrumenta maleficij vrenda semper, suadent omnes, vt Sprenger. p. 2. Mall. Q. 1. c. 12. & alibi. Tum curationes diuinæ ad instrumentum inueniendum vt confessio replicata, & S. Sacramenti Eucharestiæ assumptio, ieiunia, orationes, præsertim scripta pag. 144. & 152. ac Amuleta ibiq; notata, valdè valent peregrinationes, aerisq; mutationes. In interno dietandum, mittendus est sanguis siquid non contra indicaret, nec non deueniendum est ad vomitoria nostra repetitim, ac ad euacuantia per inferius; cauteria infra genu administranda, auresq; perforandæ retroq; istas consilio Hipp. aperiendæ venæ, quæ conducunt etiam ad castitatem, renes vnguento infrigidante, vel populeon, vel oleo iusguiami, aut agni casti refrigerentur, porteturq; lamina plumbea perforata, ac in cibis vtatur puluere isto. ℞. semin. agni casti, rutæ, portulacæ, asparagi, fol. plantag. & semperuiui esiccatorum an. p. æquales, camphoræ parum, pul. & conferunt etiam hepatis intemperiei calidæ, ac castitatis conseruationi. Pomum nostrū cap. vlt. lib. 2. vel argentum viuum ducendum, suffitus ex astrolog. rot. Hyrace cal, cyclamone, bryonia, agnocasto; nec spernenda balnea aquæ dulcis, in quibus decoque salices, filices, lactucas, affodillum, apios, mentam, rutam, asparagos, semperuiuum &c. sacerdotali omnia hæc benedictione infusa.

Ocia, segnities, somnus, caro, femina, vinum,
Prosperitas, ludus, carmina, Forma, Puer.

Noto præter notatu lib. 1. quòd amor, ebrietas, gelositas, luxuria, latrocinium, ludus, vsura, maliloquium, mentiri, blasphemia, petere, tenacitas, seù auaritia, loquacitas, omnia ista rationis iudicium impediāt, & habituata vix recedunt.

Intrat amor mentes vsu; dediscitur vsu;
Hei mihi quòd nullis amor est medicabilis herbis.

Castitati aliqua addenda sunt in cap. de priapismo conducentia, extat exemplum vxoris Imperatoris Marci Aurelij Faustinæ amore gladiatoris captæ, ac Medicorum eo consilio, quod Christiani non licet, Proficui sunt versiculi scripti cap. de incubo Dæmoni vlt. dicendi.

Visus affectioni Mag. Cap. XI.

Regimen, & method. curatiuam quære in cap. 1. huius euitandus vomitus, ni ventriculus sit valdè repletus, cōueniunt pilulæ lucis maioris; tùm cauteria bracchio, & collo, oculosq; sæpè ablue aqua lustrali, in quà sit infusa, & aloes, vel sieph album, item aqua feniculi, uerbenæ, rosæ, eufragiæ, celidoniæ, rutæ, tùm fel uulturis, uel perdicis cum benedictione ab Exorcista.

Scobs quoq; viuentis derasa ex vngula aselli
Illita contulerit lacti coniuncta puella.

Dicenda lectio S. Euang. secundum Matthæum 12. oblatus est Iesus

Demo-

Dæmonium habens cœcus,& mutus,& curauit eum,ità vt loqueretur & videret &c. tùm Marci 10.& lectio 6. libri Tobiæ interrogauit Tobias Angelum &c. ut in lib.exorcism. Catholicorum DD.

Surditati Magicæ. Cap. XII.

OBtusum faciat si auditum crassior humor,
Vel flatus, sonet & surdastra sibilus aure
Dæmone causatum cum Magi mente maligna.

Dicat pius exorcista ter in aure, Christus Iesus vincit, Iesus Christus regnat, Iesus Christus imperat, exi tù peracta Confessione, & Sancta Communione, celebrato Medico regimine, & purgationibus scriptis cap. 1. & 6. non obliuiscare vti hellebero, uel cucumere asinino castoreo, sthyrace, raphano, isopo, iunipero, ireos, nitro, serpentaria, cyclamine, vermibus terræ, quibus vel fit oleum, vel extraitur succus, vel extractum, vel pilulæ, prius benedictæ.

Sunt qui commendent petulantis cornua Capræ
Illius implente vrina; deinde diebus
Te ternis fumo suspendunt atq; dolenti
Auriculæ infundunt tepidum, morbumq; repellunt.

In surditate D. vxoris D. mei compatris N. Petri Pauli de Luca Ciuit. Cancellario purgato corpore solitis benedictionibus hoc feliciter vsus sum. R. ciclamen f concauum, impleaturq; uermibus rubeis terræ lotis uino, & oleo utriusq; amigdalæ igne decoquitur, auribusq; infunditur.

Sternutamento Magico, ac flatui. Cap. XIII.

HÆc sæpè obseruantur in praxi magica, & curauimus ablata causa materiali crassa euaporante ab interno efficiente purgationibus sæpè repetitis, uel repertis, et combustis maleficis instrumentis. demum corroborato natiuo calore diambra, dianiso, diamusco, diacinto; succus basilici, uel oleum de salicibus naribus applicatur, uel rutæ, uel sulphuris odore, nasi contorsione, aurium frictione.

Muto Magico. Cap. XIV.

MVtos obseruauimus plures ui maleficij, extantq; exempla multa, & recenter narrat Io: Bapt. Belhauere. cap. 3. lib. 1. de iuuane loquela priuato propter oua commesta à Maga quadam incantata.

Cùm assistit Dæmon cogendus ad loquelā ui exorcismorum, orationum, ieiunij, ac Confessionem, S. Euchareſtiæq; Sacramento, legendaq; lectio S. Euangelij Matthæi 9. & 10. & 12. obtulerunt Iesu turbæ hominem

minem mutum Demonium, & cæt.

Vtuntur etiam Exorcistæ tali gargarismate, vt periculum sæpè fecit. P.R.F. Simon Orsara concionator, & Exorcista cum meo germano Fr. Bartholomæo Piperno de Beneuento Capuccinis. R. rutæ, origani, palmæ benedictæ, thuris, rad. peoniæ, staphidisagriæ, absinthij an. dr. 1. myrrhæ, aloes an. scrup. 1. bulliantur parum in aqua lustrali pro gargarism. & ex his puluerizatis cum cera componitur pila, sancta benedictione munita, ore vi exorcismi tenenda, ac dicat exorcista lectionem S. Euangel. secundùm Marcum cap. 1. Erat enim docens eos &c. Hæ omnes benedictiones non aliter fiant nisi ad præscriptum exorcismorũ, & ritualium S. Ecclesiæ.

Sin autem fiat ex materia crassa mota vi maleficij, recurre ad cap. de conuulsione, & celebratis euacuationibus vtere suffitu emplastri vsti descripti cap. 1. huius lib. adest vomitorium mirum ex granis præparatis cataputiæ benedictis correspondentibus vetati, ac temperamẽtis ægentium.

De Gula tumefacta Mag. & de anginosa peste, vulgo male della canna. Cap. XV.

NOn solùm propter dæmonis assistentiam gulam, & linguam tumefactam vidimus, quæ deindè imperio pij exorcistæ, oleoq; benedicto ad statum naturalem redacta fuit, sed vi maleficij ex effluxu humorum ad partem debilitatam ex illato dolore ibique terminatorum, vndè sæpè, & diglutio, & loquela interdicitur, ac gula ceù laqueo suffocari apparet, nunc nullo, nunc aliquo tumore extra apparente.

Dum lenta obsessus pituitâ stringitur isthmus,
Et veluti corda constrictum guttur anhelum,
Vix voces proferre potest, vix sumere potum,
Extemplo muris sorbentur insculа cocti,
Sic tamen vt quidnam potarit nesciat æger,
Ossiuori canis miscentur stercora mellis.

Dicatur lectio Iob 40. Dixit Dominus ad Iob ecce Boemot &c. remedijs infrascriptis benedictis.

Peractis prius dieta, & sanguinis missionibus etiam sub lingua bis & ter in die prout morbi acuties, & malignitas indicabit, purgato ægro manna, cassia, rhaub. cum decoct. contra malitiam, fuit mota quæstio de vomitorio; est obseruatum plus mortuos, quàm animatos causasse, vltra quod sit contra methodum rationis medicæ prohibet ad partem affectam humorem trahi, ac caput mandans debilitari, nec non vires conseruandæ non labefactandæ venenosis medicinis; ideò interdictum fuit. Pro gargarismate R. aquæ solatri, & morsus diaboli an. lib. ÷ cassiæ n. extr. vnc. ÷ camforæ scrup. 1. acet. rof. vnc. ÷ mirte R. aquæ

 scor-

ſcordij, herbæ impiæ, trifolij acetoſi, acetoſellæ an. lib. ÷ ſucci foliorũ mori, vel cardui bened. vnc. iij.

Additio.

DE hac epidemiali affectione aliqui doctiſsimi, nobileſq; viri Neapolitani ſcripſerunt, inter quos D. Tiberius Carnoualis, cui &c.

Facta prius diuiſione, obſeruationeq; de morbi eſſentia, vtputa quidam apparent initio morbi non ità maligni cum quadam alba excoriatione non validis ſympthomatibus, & tunc benignis vtendum medicamentis.

Secundò ſunt alij morbi non extremè maligni, in quibus etſi obſeruantur vlcera cruſtoſa non tamen calloſa, liuida, nigra, purulentia, ac ſympthomata non inproportionata cum facili ſpiratu, ac diglutione, animiq; hilaritate. multi enim ſolo mortis timore, & apprehenſione, exanimati ſunt.

Tertiò viſi ſunt extremè maligni, & peſtilentiales.

In primo genere poſſumus obſeruare quatuor morbi tempora in applicatione gargariſmatum &c.

In ſecundo quia ſunt periculoſi, nec fidendum naturæ imperio, idcircò diligenti ſedulitate vtendum, citòq; mittendus eſt ſanguis ex indicationibus virium, morbi humoriſq; peccantis; tùm purgandum. gargariſmate vtendum ex decocto nucis cupreſsi, ſumach, portulacæ, plãtaginis, ſolatri, tormentillæ, ſcorſonariæ, & ſcordij quod ſemper miſcẽdum eſt, cùm morbus faciliter tranſire queat àd extremum malignitatis, vt eſt. tum R. ſumàch, mirtillorum, tormentillæ, ſcorſonariæ, gallar. an. d. 1. Karab. tutiæ præparatæ, boniarm. an. dr. 1. camphoræ ſcrup. 1. zucch. albi. dr. 4. m. f. puluis, vel R. pul. corall. rub. terræ lemniæ, dictamni albi aſtrolog. rot. an. dr. ÷ ſemin. portulacæ dr. 1. camphoræ ſcr. 1. zucch. albi vnt. ÷ m. f. pul. Bubichir lib. 22. c. 405. extollit fel teſtudinis. Malignis verò, peſtilentibuſq; vtor gargariſmate decocti quinque folij, ſcordij, anagallidis, linguæ bouis, oliuæ ſilueſtris, cardui bened. ſeù ſonchi, cum camphora, & ſale coralli. puluis verò eſt R. Boniarmin, lẽniæ, gullarum, gentianæ, dictami, vincetoſsici, ſpodij an. dr. ÷ camphoræ, contraherbæ, lapidis Belzuar an. ſcrup. ÷ zucchar. dr. 3. m. f. puluis inſufflandus.

Item R. ſucci quinquefolij, trifolij, & ſuccisæ an. vnt. 1. ſiccentur, ac adde tutiæ præparatæ, aluminis præpar. tormentillæ an. d. ÷ pulueris lapidis ſtellarij dr. 1. zucchari dr. 4. m. f. puluis optimus. alij ſolo chelidonio vtebantur, vel puluere, vel decocto cum radicibus. Sed ſunt vlcera, quæ melius non tetigiſſe foret. nam miſit Deus ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio, cùm ſtatim vires lancinant, & venena euiãt, vt innumeri ſunt mortui; vt hodie quoque felices ab hac inani terra volauere ad Deum vno temporis ſpatio duo; puerum, & infantum nobiliſs.

bilisſ. D. Patrit. Beneuentani, & Neap. Vincentij de Morra ex Gregor. VIII. anno 1635.

Tuſſi, & Aſmati Mag. Cap. XVI.

PRæmiſſis vniuerſalibus valet radix Dragonetæ cocta cum melle, vel puluerizata, radix aſtrologiæ, centaura, vel ſemina abrotani, vel calamenti montani dramma, cum ficubus, vel vuis paſſis confert. Tùm baccæ lauri cum melle, vel vncia terebinti: ſuffitus etiam ſtyracis liquidæ, & colofoniæ, tùm decoctum marrubij, quæ omnia hyeme potius & frigidis, prius benedicta ſunt, applicanda, Taſſilaginis decoctum, confectio, & ſyrupus omnibus iuuat. in pertinacibus vtere decocto cochleæ cum malis appij ad vnt. 2. manè.

Flatui pectoris. Cap. XVII.

INter alia valent gentiana, vel angelica odorata, vel ſemen hyperici, vel caruum dianiſum, iulep. de cinam, fl. citrang. & condito noſtro vitali cum oleo ſulfuris, vel tartaris, vel oleo optimi vitrioli; quo auxilio libera ab hac medica affectione facta eſt nobiliſſ. D. Feliciana Conteſtabilis vxor nobiliſſ. viri Patr. Beneu. D. Lutij de Leone ex Anacleti familia.

Pleuritidi Mag. Cap. XVIII.

MOrbus eſt peracutus ſæpèq; perperacutus cum eſt exquiſita, & vera pleuritis, quando sl. eriſipelatæ, vel inflammatæ ſunt mēbranæ pectoris costas ſuccingentes. 5. de loc. aff. 4. manifeſtatur per quatuor ſigna pategnomonica 2. de diff. reſp. 8. per dolorem lateris, per febrem continuam, difficultatem reſpirandi, & tuſſim, addunt pulſum ſerrinum. Peccat vt plurimum bilis, & ſanguis mandatus remotè à iecore, proximè à capite per venas, & arterias ad coſtas, vt debiles forſan factas, doloreq; aucta fluxio, actiuè, vel paſſiuè excitata à Dæmone vi maleficij. Coniectura fit per ſigna quando confuſa, improportionata ſunt, cum æger ſacra aufugit, abhorret.

Curatur victu tenui præuijs benedictionibus, ac exiſtente magna pethora ſecanda vena interna ex oppoſito cubito, poſtea ex eodem latere, in mulieribus conſiderandæ meſtruæ purgationes retentæ, ſicuti in hemorroidibus; tùm fomentis anodinis vtendum. R. 4. anod. verbenæ hyperici, neptæ an. p. 1. rutæ parum decoquantur in aqua benedicta cum pauco oleo, ſpongiſq; foueatur pars affecta. dicebat Hipp. in acut. ſiuè is per exordia fiat, ſiuè poſteà ſucceſſerit, ſemper anodinis reſoluere tentandum eſt.

Posteà iu secundo, & in quarto, lenè medicamentum porrige, hinc 4.de rat.5. ac. 21. scribitur post phelebotomiam in internis inflammationibus medicamentum purgans mediocriter, & securè porrigendum est, & Alex. Tr. lib. 1. sed vbi dolor per venæ sectionem non conquieuerit aluus subducenda est medicamentis. Præualet manna, aut cassia, aut sy viol. diaprun. diasabest. diacapt. cum Rhaub. cum hoc decocto R. alteæ scabiosæ, hyperici, farfaræ an.p. ÷ senæ dr.2. thuris, liquir. ysopi an.dr. ÷ f.decoct.

Alij addunt his simplicibus fl. papau. rub. gentianæ, visci quærcini, dentis apri an dr. ÷ ac puluerizant cuius dramma post 4. cum iure pulli præbetur infirmis pro arcano.

Neque timendum est deindè, & ante quintum, & sextum, prout morbus dabit inducias laterem affectum scarificare, vt iubent Auic. Aetius, Areteus, Paulus, & Vailesius in acut. doctè, & Fort. Fid. in contempl. med. & nos cum nostris doctiss. Med. multos è faucibus lethi exemimus. Alia medicamina, quæ per sputa, & per halitum discutiunt sunt plura in ordinaria praxi.

Scrupulus accipitur rasuræ dentis aprugni cum cochleare olei seminis lini recentis. item decocti cochleæ vnt.2. bibiti, ipsasq; contusas lateri applica mirè.

Sanguinis sputo. Cap. XIX.

REcurre ad medicam praxim coniunctam cum diuina:

Commiscent alij, leporisq; coagula lenta, &
Ceruinum cornu rasum, sic mixta bibuntur.

Phthisi Mag. Cap. XX.

MOrbum hunc appellat vulgus *male sottile, contagioso*, qui propter sui incurabilitatem temporisq; longitudinem, vt Medicus Sæpè iudicatur magicus, ideò prudentia, & calliditate vtendum.

Aer debet esse proportionatus morbo, ac temperatus, ad siccum vergens. Gal. tabidos ad Tabias 5. meth. mittabat, Celsus l. 3. c. 22. nauigationes, & Cœli mutationes laudabant. Cibis miscentur pulueres siccantes ex speciebus diambræ, trodisc. de Karabe de armeno &c.

Considerandа sunt multa an prouenit ex rupta vena in pulmone, vel eius erosione à salsa, vel acri destillatione, an casu, an post pleuritidem, & empygma, cum ethica, vel sine.

Quies in hac ptocuranda, fugiendæq; animi passiones, & omnia remedia præbenda cum bened. solitis in phthisi non confirmata; confirmat æ.n. non sanantur 4. de loc. aff. 8. præsertim cùm sputum super prunas fætet, eùm vngues curuantur, cùm capilli cadunt, vel superuenerit diar-

diarrhea cum cibi abominatione, vel febre quintana 1.3.epid. vel autumno.purgetur manna, vel cassia.

Conferunt lactis asinini cum chinæ dramm. vel decocti testudinis, aut cancrorum fluuialium cum china, vel huius compositum iulep. & vltimo sy. de serpente dicto Cerucne, vel huius carnis esus, & bis in hebdomate inceerat vntiam terebinti aqua sarsanæ loti electuarium de bettonica laudatur. Kirandus laudat cor & pulmonem anseris siluestris, tùm sæptum Caprarum montanarum cum puluere boniarmeni, ossis capitis asini, & fabarum sæpè datum.

Vulpeculæ pulmo poterit quoque pellere morbum
Aut per se mansus, sumptusq; ex nectare vitis.

de alijs præsidijs vide cap. de hettica in posterum.

Lactis exiccationi Mag. Cap. XXI.

DE hoc lib. 1. pag. 33. exemplum extat, & plura obseruata ad lactis exiccationem, & non solum actiuè, sed applicatione passiuorum naturalium, vnde Varign. si capita tantùm mammillarum liniantur succo plantaginis fit lactis exiccatio, vel unguento populeon cum succo mentæ.

Pro lactis recuperatione, confugiendum prius ad diuina sæpè repetita benedictione, cibi sint optimi nutrimenti, vt oriza, & pastilli lacte decocti, testicula animalium, fanugreci pysthaccij, & pini, succus brioniæ puxillus cum farina orizæ coctus, puluis lumbrici terrestris in duobus ouis recentibus cum aniso, & feniculo, aut puluis linguæ vaccinæ.

Pulueris accipiet pauxillum ex vngue caprino,
Atque illum misceens melli lactiq; lyæi.
Ebibat, hinc tandem circum linat anseris album,
Vel line vnguento nostro benedicto.

Ex Philon. Rom. Visitetur Ecclesia S. Lerontij Martyris ieiunio, & deuotione; nostro climate Ecclesia S. Mandati.

Papillarum fissuris arcanum, cinis testudinis cum albo oui illitus, aut axungia anguillæ, vel lumacæ humidum.

Morbo Pilari Mammarum. Cap. XXII.

DOlorificus est morbus etiam vt Medicus febres magnas causans, vt in vxore mea Prud. D. Iustiniana Vascelli compassum sum, & sæpè à fascinantibus odio excitatus. duo sunt à proprietate primò filum aureum potatum, secundò imponito conchayum carnes purpureas tritas, vel oleum lumbricorum cum olee lilij, vel sambucii benedicti, vel gerat supra lamina cornu bubuli.

Tremori cordis Mag. Cap.XXIII.

COnferunt sæpè paruæ purgationes, tùm, AlKermes, Diacintum, Elyxir vitæ, iulep. & gemmis, ex mellissa, ex citris, ex corallis, cõpitum vvitale, antidotus nostra; extra verò oleum magni Ducis, epythemata cord. mentecha Hispana, sacculus cordialis cum benedictionibus, & pomum nostrum, Psalm. *Qui habitat in adiutorio, &c. ac si Deus est tecum quis contra te, &c*

De Ira, & Odio Mag. Cap.XXIV.

FRequentissimè obseruantur hæc dira maleficia, ac inuidus tartareus ad standum pactis libentius volat animarum lucrum prospiciens. cùm ira sit simbola eius naturæ consistens in libidine puniendi eius, qui videatur te læsisse iniuria, sanguinem. n. subtilem reddit, sitq; accensio circa cor, vel assentio, inde exalati vapores ad cerebri vētriculos, mouetur, perturbaturq; phantasia, ac ratio confunditur, & coacta est à legibus suis ordinatis inordinatè exire. tùm animi impatientia, maledictiones, blasphemiæ, calumniæ, opprobria, iniuriæ, rixæ, minæ, odia, seditiones, vultiones, homicidia, & in semetipsis, & in exteris excitantur: optimè depinxit Claud. de 4. Honorij Consul.

Iram sanguinei regio sub pectore cordis
Protegit imbutam flammis, auidamq; nocendi,
Præcipitemq; sui rabie succensa tumescit,
Contrahitur stupefacta metu cumq; omnia secum
Duceret, & requiem membris vesana negaret,
Inuenit pulmonis opem, madidumq; fluenti
Præbuit, vt tumidæ ruerent in mollia fibræ,
Iam iaculum quocunque gerit dementia mutat,

Ouid. lib. 3. de art. amand. signa describens,

Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ,
Lumina Gorgoneo sæuius angue micant.

& benè in Prouerb. 22. docetur. *Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum homine furioso, nè fortè discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ quia suscitat rixas &c.*

Odium comes est iræ quod à Cicer. 4. Tusc. dicitur ira inueterata. differt, nam dolet qui irascitur, qui odit non dolet.

At dum de his in palatio Archiepisc. sermonem habebamus instabat Perillustris, ac per R.D. Archipresb. Ben. Abb. Iulius de Ianuario omnium scient. Doct. Si ira videtur propria, & frugifera Dæmonibus quomodo cantat S. Cithareus Psalm. 4. *Irascimini, & nolite peccare?* & ad Eph. 4. ac multis in locis sacr. litter. vt Deut. 22. Exod. 15. dicitur

Deus

Deus cogitatus ad iram, & Iob 9. *ira Dei nemo potest resistere*, & Iuuenal.13.Sat. *Vt sit magna tamen, certè lenta ira Deorum est*, & ex Plat.& Homer. *Sapientem virum contingit irasci; ergò etiam Dijs, & sapientibus cara ira est.*

Tali viro fuit facilis cogitata responsio, Bipartita ira vitiosa (vel maius dicere otiosam) & virtuosa aut Dei zelus. Irascibilis. n. natura dicitur homo, qui nisi declinet à rationis lege non esse vitium docent Theologi,ac addunt quod in simplici primario motu nō cadit peccatū,

Cùm. n. tendat ad bonum sub rationis dominio nullatenus deponēda est ab homine.nam bonum est contra mundi vitia, contra Diabolū sugerentem,contra carnes,semetipsos de peccatis dolentes irasci.

Ac ità percipitur responsio ad Psalm. 4. quamquam Hæbraica veritas vertit contremiscite, & nolite peccare. Ad aliam explicant iram Dei.v.d. potentiam Dei, vel iræ iustitiæ; nullum crimen impune, in bello contra Turcos,& Hereticos &c. bonum est irasci, & esse occisorem. Memorandum extat exemplum in Prato florido Valeriani p.p. l. 3. cap. 61. de zelo cuiusdam principis nepotem sibi vnicum (cùm tentasset tantùm stuprum) occidentis nec peccantis,cùm dilexit iustitiam & non voluntatem, hæc sat mihi.

Iræ, odijq; moralis curatio verè ponitur à sacris legibus, non vos vindicantes carissimi,sed date locum iræ,ac Deo vindictam. Tùm dimittendas esse iniurias si velimus ab ipso nos dimitti Matt. 6. Deut 32. & in oratione dominica, vnde Ouid. 1. ar. a.

Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram.

Causas sæpè nosmetipsi affectamus, fingimus, ac sæpissimè à Dæmone suggeruntur offensarum stratagemmate, vmbra zeli, non vindictæ visiones esse licitas, vt te præcipit et fingente. Iram Ennius initium insaniæ, & Flaccus breuem furorem appellat. Ideò suadet Cic. ira procul absit,cum qua nihil rectè fieri,nihil consideratè potest.

At dicis.quæ maior est virtus parcere,an irasci?

Respondeat Arist. vt gentilis 5. ethic. vlt. Peius autem est iniuriam facere,quàm pati.Illud.n. cum vitio est atque vituperatur, sed pati sine vitio est,& sine iniustitia. Quod si considerasses turpitudines ex ira forsan non malè irasceris. Depinxit S.Basilius in sermonibus, Vir iracundus turpis est, quia decorem, & quasi figuram humanam amittit feræ speciem indutus. Considera parumper iratum, furor debacchatur, immutantur oculi, qui turbidi, sanguineiq; fiunt, cor accenditur, sanguis commouetur, hunc videas vt aprum dentes acuentem loqui, sæpè incipientem,ac verba imperfecta relinquentem, multa quoque in corde non appatentia voluntatem, nec parentum, nec liberorum rationem hebet,nullis demum vt libidini suæ satisfaciat parcit.

Sunt multæ medicinæ Gentilium moralium apud Plat. Senecam, Homerum,Pythag. diuidunt iram in apertam,& dissimulatam,& posterior longè deterior, Homer. in illiad. Nam melior Princeps iratus fortè minori est;

Quod

Quod si dissimulat subitum tunc mente furorem;
Tempore post illum pœna grauiore rependet.

Democrates cum irato animo contendere difficile est, tùm uirum sine ratione superare. Et Glycon ait, mansuetudo, ac patientia maximum signum esse Deo acceptum. Exempla huius maleficij uideas in Prato florido lib. 5. & in libell. Bell'hauer. 1. cap. ult. & in Ciuitate Beneuenti plura uidimus etiam in puteis semetipsas principiantes mulieres.

Curatio medica (coniuncta tamen diuinæ) fundatur in contrarietate, & si Gal. 6. epid. 4. præcipiat, iram nonnunquam euitandam, nonnũquam industria excitandam; primo in calidis; secundo in frigidis; Cùm igitur sanguis sit feruidus, vel assatus, refrigerandus, temperandus, refrenandus; primò victu frigido, & humido temperato, ut carnibus uitulinis, ueruecorum, agnorũ, hedorum, cum borragine, endiuia, cichoreo, farre, cucurbitula &c. uina sint uel nulla, uel parua, aqua iuuat buglossi, acetosellæ, maluæ, uiol. sandal. citrimorum; prohibentur salsa, acria; amicum sit malum appium; utrumq; punicum, & citrium, cithonium; musica; aquarum intuitibus, Ecclesiarum uisitationibus, placidis, pijsq; uerbis, honestis ludis, pomarijs uerbis, modesta Venere cum sua uxore, accensus animus placandus, diuertendus; tùm tempus, & cibum interponere iræ, continentia uti optimum est. ac procul procul ex animo suspitio; cùm satius sit decipi, quàm diffidere: & uituperari à malis, laudari est, dixit Seneca. Zelus. n. & iracundia minuunt dies, Eccles. 30.

Tùm mittendus est sanguis in parua quantitate refrigerationis, diuersionisq; causa è basilica primò, tùm è uena axellari in parte; hoc cõditum sæpè assumendum. R. sy de pomis, de borrag. uiol. oxiz. iulep. rof. & flor. citrang. an. unt. 1. perlar. præpar. dram. 1. pul. lapidum pretiosorum, ossis de corde cerui, corall. rub. præpar. an. scrop. fol. auri nu. 11. m.

Præparetur, ac incrassetur impetus sanguinis prædictis syrupis cholagocico deinde benignoq; medicamento, ut manna cassia, uiola purgetur sanguis, cuius forsan ex feruore magna pars conuersa est in choleram. *R.* flor. cord. p. 1. senæ, tamarindi, hordei m. an. unt. ÷ sandal. citrini dr. ÷ f. d. in aqua lupul. in 5. q. diss. mannæ unt. 4. uel sy uiol. sol. uel cassiæ. n. ex. per setam unt. 1. ÷ diaprun. lenit. diasebesten an. dram. 4. rhaub. pul. scrop. 4. m. f. p. post duos dies omni mane, & die ante duas horas prandij accipiatur hoc. R. succi limonum, uel citri, succi borrag. depurati an. unt. 2. pul. diamarg. frigidi, boniarmeni, corall. rub. præpar. an. scrup. 1. m. in regione cordis applicanda hæc lenitio. *R.* sanguinis testudinis, aquæ ros. rub. flor. citrangul. an. unt. 1. pul. corall. rub. boliarm. terræ sigill. an. dram. ÷ m. cum exorcismis, & rationibus in rituali.

Recitandus sæpè Psalm. 82. Deus quis similis erit tibi, ne taceas. tùm cap. penult. Apocalipsis, & Psalm. 20. & 12. cum cithera, ac exorcismis cogendus spiritus nequam nè sanguinem accẽdat, ac dicat etiam Exorcista lectionem lib. 1. Reg. 16. spiritus Domini recessit à Saul. &c. in

Prat-

Prattica Polid. 51. & Euang. secundùm Matthæum 8. Cùm venisset Iesus trans fretum in regione&c. & lib. Iob. 1. Quadam die cùm venissent filij vt assisterent &c. & huiusmodi vt scribuntur in ritualibus & probatis ab Ecclesia exorcismis.

Doloribus stomachi Mag. Cap.XXV.

HÆc tristis sensatio sensus tactus sæpè etiam practicatur in mag. affect. quare cogitata indicatione ex natura ægrotantis, incipiēdum est à vomitorijs lenibus, & benedictis vt succus aneti aqua coctùs bibitus ad ciatum vnum; tùm decoctum florum camomillæ; item semen nasturtij cum lacte caprino bibitum; ità etiam trifolij, nec non semen peoniæ iuuare creditur; deindè deuenire ad alia alibi descripta cap. de vomit. continuatio harum pilurarum valet ad affectiones stomachus. R. aloes nutritæ in succo rosl.pl. agarici troch. senæ, myrrhæ, masticis an. scrop. 1. cum succo absynthij f. pill. ve. ante prandium, & applicari possunt omnibus flatuosis.

Ad corroborationem confert dramma thericæ, vel aromat. ros. vel diarrhod. cum vino, item R. conseruæ adianti ex citro ex florib. gariofil. betton. borrag. an. vnt. 1. pulueris corall. rub. iuniperi, an. scr. 1. m. fit vntia pro dosi. (extra oleum benedictum, vt supra benedictionibus ex ritualibus) quinta essentia absintij, vel corallorum tùm catulus super stomachum

Nam fama est quodam secreto munere Diuum
Omne malum ad teneri corpus transire catelli

adde huic radicis bettonicæ dr. 1. cum hydromellite vomitum prouocare ac conferre. Sicuti in affectu ordinario admodum iuuare expertus est D. compater Archiuista N. Vincentius Zamparellus vnt. 2. oximel. solutiui cum scr. 1. aromat. ros.

Vomitui, & Singult. Mag. Cap.XXVI.

VOmitus vomitu curatur, cap. præcedenti scripto, ac vtere etiam corroborantibus illis infantibus. ℞. rutæ siccæ, thuris, masticis, corall. rub. præpar. an. scr. 1. f. p. cum vino, vel sy. menthæ, vel ros. rub. Singulti frequenti purgatio, cùm est à repletione, tùm thariaca, & mitridatum, item seminis rutæ, aneti, an scr. 1. & scr. ½ ligni aloes cum aqua mentæ.

A siccitate bibere confert oleum violatum cum lacte, in alijs ponuntur 17. modi curatiui à Philonio Romano prius exorcistæ, & benedictæ.

Amphibij appendunt stomacho glomeramina fibri
Aut eadem in paruas atomos contusa bibuntur.

Hepatis obstructioni, ac icteritiæ Mag. Cap. XXVII.

HEpar cocus, & pater nostri corporis, multis est subiectus miserijs, vel culpa rerum non naturalium, vel magicarum, non dicam ex propria essentia vi compositionis temperamẽtorum, & omissis causis, signis &c. Phisicis. Post vniuersales euacuationes repetitas sy D. August. cichorei Nic. cum Rhaub. &c. ac sanguinis missionem etiam à vena axillari, laudatur centauræ minoris decoctũ cum Rhaub. vel cuscutæ, camepitreos, camedreos, affodillus, succus pentaphilionis, uel calthæ, amigdalæ amare, gentiana, absinthium, decocta ligni, vel salsę, item pulueris iecoris eritij, vel lupi dr. 1. pro vice ficus siccæ, cum nucibus, & ruta, & rubea tinctorum mirã habent vim. infusa prius sacra benedictione vt habetur in probatis ritibus exorcismorum sacrorum.

Vteritiæ nigræ valet panis porcini vnt. ÷ mellicrati vnt. 1. m. vel eius aquæ vnt. 1. ÷ vel litium, aut puluis combustæ caluæ catuli cum mulso item præualet verbenæ, vel hyperici decoctum, vel sy.

Vsta alij tundunt terræ intestina minutim
Ac pilulas formant hymbleo ex melle vorandas,
Queis alijs myrrham iungunt acidumq; liquorem.

Hydropisi Mag. Cap. XXVIII.

EX vitio, quantitateq; humorum anasarca; ex copia flatuum timpanites; ex sanguinis vitio hyposarca. Dieta vergat ad siccum, sed facilis coctionis, potus paucus, & vini, vel aquæ salsæ, aut visci quercini. Pro euacuationibus conuenit AlKeroti scr. ÷ vel ricini orient. vel nostrati, aut cataputiæ gra. 30. vel rad. mucciochanis dr. 2. cũ vino, vel brioniæ, vel radicis vitis siluestris vuam ferentis dr. 2. vel succi sambuci vnt. 2. & in Robure est hoc R. cucumeris asinini siccati vnt. 1. bdellij dr. 1. masticis, salis gemmæ an. scr. 2. m. dosis sit scr. 2. in pillul. eunti ad somnum. Carnes edat echini, sed ricino indico, cataputia, & & AlKeroto, facta super his benedictio, mirè sanitati fuit restitutus D. Ioseph filius perill. D. Aduoc. fiscalis Hieronymi de Cassandro, vrina capelli; quæ bibita extemplo depellit corpore morbum.

Splenis duritiei Mag. Cap. XXIX.

REcurre ad caput oppilationis hepatis, ad decocta nostra contra maleficia. Tùm valet, benedictione concomitante, radicis celidoniæ dramma, vel aceto, aut vino bibita, radicis acori, item succus verbenæ, vel ipsamet contusa cum farina ordei, & fenugreci cum oui

albumine applicata, iecur vulpis siccatum, lien echini, vel splen vulgaris Aselli.

Renum affectibus Mag. Cap.XXX.

DE Nephriticis phisicè latè scribebam in historia nobilissimi viri D. Ioan. Baptistæ Bilocta ex bina lucta luctans Amphisibena Longobardorum cum Duce Romualdo Heroum, simulacrum, ac stemma prosapiam ducentis. Qui hunc morbum contraxit cùm in hoc Regno Regij Tribunalis Campaneæ esset Præfectus, qui filium vltimum genuit ex nobilissima D. Hippolita Georgio magni illius Io. Andreæ Regij Consiliarij filia, D. Oactuium prudentiss. & eleuatiss. ingenij, maxime spei iuuenem, variaq; eruditione floridum.

Dolores à causa frigida purgato corpore valet radix, & semen peoniæ cum uino, radix meu, iecur eritij. Daucus ameos, succus uel semen horum an. dr. 3. per 10. dies, uentosæ, & clysteres, ac unctiones ex oleis lilij, amigd. amar. &c.

A causa calida phlebotomia in pede, super renes album oui cum sẽperuiua, uel plantagine, lamina plumbea.

Ab inrra succus lomachij uulgo cardilli bened. cum succo limonum. indicante multitudine purgabis hoc.

R. casiæ n. ext. diasabesten, diacaptolicon an. dr. 6. agarici troch. & Rhanb. uig. an. dr. 4. liquiritiæ scr. 1. m. f. 6.

Nephriticos curare inter alia est expertum R. stercoris leporis dr. 1. piperis scr. ÷ cum vino. milium sclis, viscus quercinus, cinis leporis, lapis iudaicus uel linais, ad dram. item radicum pimpinellæ, uel celeponiæ dram. 1. succus parietariæ siluestris ad untiam. R. sanguinis hirci præpar. milij solis, an. dram. ÷ rubeæ, nitri an. scrop. ÷ f. pul. cum uino, estq; mirum.

Ad frangendum omninò, pulueris de secundina mulieris, uel corticũ oui Strutij dr. ÷ continuetur per decem die.. ità Auerzuar radix, uel semens bardanæ, seù luppe per decoctionem per quindecim dies ad un. 2. & in extrema necessitate utuntur scrupulo cantharidum præpar.

Vrinæ ardoribus pauca ponam plura in Consil. Med. D. Antonij Cardoni, cuius encomia in hist. Ben. conseruo.

R. semin. citruli, cucurbite, semin lactucæ, portulacæ, cithoniorum an. dram. 3. succi liquir, lentium, rof. mirtillorum an dr. ÷ semin. peoniæ scr. 1. cum muccilag. psyllij f. Trochisci. His si addantur boliarmeni, sanguinis draconis, thuris, Karabes, semin. maluæ papauer, iusquiami an. dr. 1. opij scr. 1. AlKaKengi num. 6. consolide maior. scrop. 3. conferunt mirè ulceribus renum, & uesicæ, sed non curant, cùm ferè sint insanabilia.

Diabeti hostrochiscos etiam conferre expertum est, ac omnia frigida cum quadam stipticitate tùm lamina plumbea, quæ omnia bene-

dicantur ut infusa eis uirtutem supernaturalem, naturalem retractant.

Lac canis exhibeas mixtum salsugine terræ,
Illius & sebo, cineres, vel iunge lyæo
Vesica exusta rorantes lacte capellæ.

Colicis doloribus Mag. Cap. XXXI.

POst citam euacuationem, agarico cum cassia diafinic. benedict. & hiera. confert ius gall. descripti à Mesue. tùm theriacæ phil. Rom. & Tripheræ mag. an. dr. ÷ uel R. semin. sileris, hyperici, coriandri, camomilæ, rutæ an. dr. ÷ cum uino. tum pilulæ ex baccis lauri, cinam, & sthyrace, calam, clisteria, ex decocto rad. sambuci, brioniæ, uerbenæ, centauræ, rutæ cum oleo laurino, & hyera. externè 4. anod. puluis intestini lupi, uel calcanei porci à proprietate, & magnam uim tribuunt spolio serpentis, oleo cocto, & uncto. præuia semper benedictione. Mirandum dictu quantum hæc medicina probetur, si feces non exeunt ad balneum olei recurre.

Lumbricis. Cap. XXXII.

RHaubarb. puluis magistralis, semen sanctum, semen caulium, vel libystici, sticados, & absinthium, decoctio corticum, vel radicum granati, lapis Belzuar, bufonis, vel stellarius potata. Theriaca; Triphera persica, externè myrrha cum oleo viol. felle Tauri, ac aloe, colcquintidaq; ad vermes multa meo iudicio vana verbosa, superstitiosa scribebat Sauanarola. c. proprio T. de Feb.

Fluxibus ventris, ac Tenasmoni Mag. Cap. XXXIII.

PVrgatio cum Rhaub. mirabol. ros. rub. vel manna &c. clysteria, ex decocto verbasci, plantag. caudæ equinæ, mirtis, ros. rub. gummi serapini, masticis, squinanti, cum oleis conuenientibus, vel melle ros. temporibus morbi, & remperato, vrgente necessitate vtimur myclera Nicol. Philonio Persico, Athanasia, Trochiscis de spodio de Karabe; puluere corticis pini, vel interne, vel externè. Tùm nux cupressi, cinis limatiarum, & gallarum, bonarmenus, terra sigillata, spongiæ rosarum siluestrium; nux combusta ualent unitim, uel disiunctim.

Præterea multis hircina coagla probantur.
Contulerit ventri quoque viuens addita rana,

quæ omnia secundùm usum Ecclesiæ benedicta sint.

Stipticis, seù ad euacuandum. Cap.XXXIV.

SVppositorium, ex fermento únt. 2. salis gemmæ, agarici scamonei an.dr.1.salis communis dr. 2. fiant pilulæ uel rotundæ, uel longæ. item fiunt ex melle,& pulpa colocinthides, & felle Tauri; his etiam umbelicus lenitur,aut unguento Arthanitæ.m. uel Agrippæ. Ani orifico applicantur fellis tauri, aloes salis gemmæ cum oleo communi, & stercore muris ana p.eq. Hoc pomum odoretur,ac applicetur umbelico. R.scamonei coloquintidæ,aloes,merereon,myrrhæ, rhaubarb. cataputiæ,esulæ,turbit.senæ an.dr. 1. cum succo brioniæ, uel cucumere asinino,& aliquo gummo f.poma duo manducanda,uel cum butiro,& cera fiat unguentum.uentrem soluit ius galli antiqui,oua perdicis, ren uulpis, caro eritij marini pulueris tartari cremoris dram. 1. cum iure, uel zucch.rosf.ps.tùm unt. zucch.ex fl.persici, uel ginestræ. Vinum ex sena, agar. rhaub. cum parum cinam. radix mechiocan ad duas dram. cum uino.

Fiunt etiam ellectuaria cum puluere senæ, epythemi, ac rhaub. in officinis sunt multæ confectiones solutiuæ leniter applicandæ, prout indicabit complexio, & tẽpus, ac affectio. Habui ab illustr.& admod. Reuerend. D.Primicerio Cathed. Hieronymo Rosello quond. Secret. Illustriss. Archiepisc.Ticini peste depascente hoc congruum purgans.

R.polipodij quer. epithymi senæ an.unt. 1.rhaub.dr.2.agar. troch. dr.1. ÷ semin portulacæ, acetosellæ, tormentillæ an. dr. ÷ leuiter pistentur,ac infundentur in lib. 2.aceti optimi pro euacuatione dosis sint unt.2.pro uice etiam cum acetarijs lactucæ, uel end.uel borrag. coctæ cum parum zucchari, & benedicenda benedicantur cum exorcismis, benedictionibus appropriatis ab exorcista.

Priapismo, & Satiriasi Mag. Cap.XXXV.

PRiapismus est intensa ueretri erectio sine uoluntate coeundi,dicitur à præsso, quod est redimere, ceù uirile membrum generis humani iacturã redimat ex Phil.hic & Priapus dicitur hortorum custos

Hellespontiaci serua tutela Priapus,

& lib.Fast.

Ruber hortorumq; Deus tacleta Priapus,

fabulantur enim quia semper sunt cum fructu.

Satariasis est cum concupiscentia coitus, & per hunc sedatur, ut Gal.6.de inter.ult. Satiri enim finguntur homines additis naribus habentes cornua in frontibus,caprarum pedibus similes lasciui,luxuriosi, saturari cupientes. Causa est uentositas grossa eleuata à crassa materia ui tepidi caloris, sæpè excitata à Dæmone, uel tentandi causa pios ad Venerem, uel ui maleficij. Cura-

Curatur ieiunis abstinentia à cibis inflatiuis, aromaticis, vinisq; generosis, à longo vsu ciceris, carnium capponum, passerum, columbarū, tuberorum, pineorum, pystachiorum, iryngorum &c. Vtatur cibis frigidis ac benedictis, vt lactuca, borragine, endiuia, cucurbita, cucumere, cum pulueribus agni casti, & rutæ, salis, & canforæ, & verbenæ, de hoc dicit Sauenarola, quòd verbena manducata non permittit per septem dies coitum, de camphora maiora scriptores dicunt omnia acida iuuant pro castitate, & quædam vtilia scripsimus cap. 9. de amore insano addenda huic, sanguis sæpè mittatur, ac venis sedis applicētur sanguisugæ, præcessa prius euacuatione, laudatur etiam vomitus bis in mense, & pilulæ de aloe, agarico, sena an. dram. ÷ agni casti, cāforæ an. dram. ÷ cum succo portulacæ, & verbenæ f. pil. fomententur partes genitales, & virga decocto rutæ, cumini, agni casti, lactucæ cum aceto.

Perforentur aures, vel retro harum aperiantur venæ, vel cauterizētur, & valent etiam cauteria in tybijs, uel setacium transactum in pelle testium tempore etiam pestis conferens. Recitandi sunt animi pietate verficuli in cap. 9. positi, & ali probati in exorcismis extant.

Impotentiæ coeundi, vulgo Maleficiatis, seù frigidis. Cap. XXXVI.

HOc lib. 1. cap. 2. tegimus, frequentius in prima matrimonij copula, & in viros, quam mulieres potens est; causa est Dæmon, vel actiuè, vel passiuè, siuè immediatè, vel mediatè vi legaminis à maga.

Idcircò diuina prius curatione vtendum, ac viua fide ad Deum, ambo muniantur Sacramentis S. Ecclesiæ, ieiunijs, elemosynis, orationibus, alijsq; Theologalibus virtutibus; recitentur sæpè septem versiculi *Illumina oculos meos &c.* pag. 140. & Euangelium S. Ioannis In principio erat Verbum. tùm cap. penult. Apocalypsis cum orationibus ponendis cap. sequenti, & precationes S. Petri ad vinculam; pomum nostrum portetur lib. 3. vltimo compositum, Sacraq; Amuleta lib. 5.

Ad præseruationem ponit Ronseus, p. varius &c. aliqua non scribenda.

Perquirenda semper in omni affectione M. instrumenta magica, quibus adustis cessaret affectio; sæpèq; iuuant stratagemmata, quibus vsus est Comes quipam apud Spreng. Q. 1. c. 1.

Applicari possunt omnia, quæ à pratricantibus in hoc tractatu tractantur, tàm in ratione victus, tacta in cap. de lactis exiccatione; quā in alijs medicis instrumentis.

Sponsus verò, & sponsa his peractis vtantur ante cœnam, & prandiū præmissa benedictione vntia 1. huius ellec. R. pistacchiorum, pineorū, Satyrion, palmæ Christi, fenugreci an. vnt. 1. radicis iringi, brioniæ an.

dr. 2. pul. arthemisiæ, bettonicæ, hyperici, granorum paradisi, nepetæ, cinamoni, gariofil. macis an. dr. 1. galangæ, zedoariæ an. scr. ÷ puluerizentur omnia, & cum melle desp. fiat confectio aromatizanda cum musco. item theriacæ, diamuschi, diasatyr. an. dram. 1. cum vntia 1. decoctionis hyperici bibatur, quid si addes dr. ÷ pulueris virgæ Tauri vigorosius operatur. item R. olei de lilio, castoreo an. vn. ÷ nucis muscatæ euforbij an. scr. 1. muschi, ambræ an. gr. 3. in vnguantur renes, & virga, & peritoneum ante cænam, laudatur fel coruinum cum balzamo, & confert etiam oleum nostrum, senibus, & frigidis. *R.* priapi tauri, erucæ, piperis, gariofil. testiculorum vulpis, cinam, cardamo, an. vnt. ÷ caudæ styncorum dr. 2. zucch. albi vnt. ÷ fi puluis dosis dr. 2. cum vino.

De Sterelitate Mag. Cap. XXXVII.

ORationes nuper dictæ piè continuandæ cum precat. Annæ 1. Reg. 1. Domine exercituum, & cap. 2. exultauit cor &c. Tùm frequentanda lectio, & vota SS. Ianuario, Festo, & Desiderio nostris Ben. Ciuibus ad exorandam prolem; vt exorauit prolem Giphius Cyphus S. Beneuētanus, & sæpè lib. 6. Tobiæ interrogauit Tobias Angelū &c. & 7. & 8. vocauit Raguel. ad se Annam &c. celebratis euacuationibus præsertim in vxore, & decoctis chinæ; accipiat post mestrua per mensem pulueris herbæ Aron, flor. cinosorci dram. 1. cum vino, vel cum Aetio vnt. 10. succi saluiæ per quatuor dies bibiti, tùm ellectuar. supra descriptum cum pystachijs. item dram. 1. ÷ tripheræ magnæ, & benedictæ bibendo desuper vinum, cuius fuerit infusus testiculus herbæ canis. Tùm mulier mestruis munda supponat per tres dies hoc matricale, ac cibis optimis vescatur, & coeat cum viro suo. R. cyperi, zaffarani, acori, saturegiæ an. dr. 2. cum coagulo leporis, & eius felle, & succo mercurialis f. matricale, continuant aliæ serraturæ eboris coclear vnum cum optimo vino. *R*asis docet si volueris generare masculum duos testiculos apri assos comedas, & coeas eadem die seruatis regulis, & generabis. Subditq; si mulier sumat lac equinum ea ignorante, & statim coeat vir cum ea concipiet. Quæ omnia concomitanda suis benedictionibus, & fiat voluntas Dei.

De Abortu Mag. Cap. XXXVIII.

SOlo tactu veneficæ, non vi naturali, sed pacti, abortum extitare solent, exempla in p. p. Prati floridi. Prieri. &c. confugiendum ad iam dictas diuinas curatiuas orationes mutando locum, & aerem, ac in reliquis præceptis Medicis in regione prægnantium vtendum: & pro præseruatione pete cap. vlt. lib. 3. ac bis in hebdomate accipiat hunc

pul-

puluere cum miua cithoniorum. R. diamargar. Auicennæ corall. rub. præpar. trochisci de Karabe an.dr. ÷ dicitur.

Doloribus Artuum, Musculorum, Chyragicis, Podagricis, Isciadis, Mag. Cap.XXXIX.

COgnitio difficilis pendet ex oculatissima coniectura, & philosophia callidi Medici; obseruantiaq; eadem qualitate Exorcistæ, cum ægri suspectione probabili; hoc.n.morbo multi obseruati sunt affecti, quos Medici medico ordine curabant, ac tamen reperta, & vsta fuerunt instrumenta maleficialia,& sanitas restituta est.

Præmissa diuina curatione dicantur Psalmi 83. & 37. aut aliæ preces tùm instituto regimine ad siccum, & temperatum vrgente, statim initio minorandum.

R.fol.bettonicæ,iuæ, fumariæ an. p. 1. mirabol.citr. & Keb. an.dr. 1, senæ vnt. ÷ f.d.in aqua infus.ros.rub.col.diss. sy ros.sol.ps.vnt.4.ros. rub.vnt.2.m.f.p.nec errabis si addes Rhaub.pul.dr.1.

Doctissimus Fouentinus in consilio de podagra iubet vt post quintũ diem affectionis continuetur assumere scrop. 1. pilulæ de hermodact. desuper bibendo sy de betton.de sthecad.& infus.ros.rub.an.vnt.1. ÷ cum aqua iuæ.laudo etiam ego illas descrpt.c.de stomachi dolore.

Apparente morbi declinatione vtor post vniuersalem purgationem hac confectione.R.salsæ perill.optimæ vnt. 1. cort. ligni sancti limati vnt. ÷ senæ,epithymi,polipodij quer.an.dr.7. hellebori nigri præpar. dr.2.betton.iuæ an.dr. ÷ puluerizentur, ac superaddantur aquæ vitæ vnt. 3. & cum melle optimo despum. f. confectio, dosis sit vnt. 1. ÷ pro vice manè per sex horas ante prandium; hæc sola continuata per 20. dies morbos etiam ex luæ venerea confirmatos curauit; ità ut aliqui lucrorum cupiditate non charitate impulsi propria arcana (ablatis aliquibus) esse iactabant; Nobilis Medici officium est de suis medicamentis palàm rationem reddere, nec societatem cum aromatarijs habere;alijsq; impartiri. laudatur uinum iuæ arteticæ continuatum, uinum rosinarinæ,ros.rub.& betton. serò pilulæ masticis; tùm conseruæ saluiæ, rosmarinæ, ros. rub. gariofill. mirabol. Kebuli conditi an. p. æquales.

Externè oleum de ranis, uel lumbricorum, quando est calida affectio. in frigida oleum corui, uel stercus pauonis, uel de gagate; cum benedictionibus appropriatis,ut alias dictum est.

Neque obliuiscaris cauteria in cruribus,& bracchijs,& urgente fluxione in collo.alia etiam scripsimus lib.3.cap.2.& lib.4.cap.3. nostrum n.est pauca eligere hic; non tractare. Suffitus emplastri usti descriptis p. 1. huius lib.in partibus affectis ualdè conducit.

Nec audiendi sunt iactantes pretiosis,& superstitiosis curare medic.

contra quos doctissimo zelo irruit Nobilis D. Paulus Zacchia lib. Q. med.leg.T.1. Q.7.

De Febribus Mag. Cap. XXXX.

MAgica febris definitiuè describi potest,quod sit calor extrinsecus accensus in corde mediantibus spiritibus, & sanguine per totũ corpus lędens operationes naturales à vi dæmoniaca externè, vel internè ob magica pacta. Cognitio est confusa, difficilis,indiget subtili,diligentiq; examine. primò si febrilis calor non correspondeat ideæ febris, ac tactui sæpè vagus sit. Secundò si nimis varietur modus motus eius, vt accessiones sint confusæ,improportionatæ,inadequatæ, miræ conceptui febris. tertiò si exeuntia considerentur admiratione digna, medica pronostica illudentia. quartò si sympthomata,vel sint ità parua, aut magna,aut non adequentur essentiæ febris; adsintq; timores, & mæstitiæ,vel intempestiui risus,estantibus auribus suspiria profunda; oculorum album,citrinum,vel viride,vel liuidum,cum pupillis obscuris, sõnia terribilia, murmurantesq; flatus, estremæ vigiliæ, & improportionatæ cum violenta macie corporis,vel aliquid simile miro notatu.quintò si nolunt libenter confiteri, vel timent sermones morales, aut diuinos,vel abhorrent Religiosos,piosq; viros,sacraq; appensa, seu amuleta. sextò si quæ suspicio coniecturatur de maleficio ab aliqua maga, propter facinus,vel odio, vel amore.

Si mutatio loci, vel cubiculi, toriq; languenti citò conferat, aut inspecta forsan maga suspecta timor, & tremor per ossa cucurrissent, fastidiumq; excitatum esset.

Quibus maiori ex parte obseruatis, confugiendum est tanquam causam ad aliquid diuini,seù quid mirum absconditum,quod intellexit Gal.1. prorett.4. Non .n. simpliciter quæcunq; causas habent incognitas,aut inopinabiles diuina vocamus, sed vbi mirabilie dumtaxat; non quidem ad aeris constitutionem ; sed ad Deum permissiuè, vel ad dæmonem mediatè,aut immediatè agentem,vt alibi,& quamquam Medicus agit tantùm naturalia, vt Christi fidei imbutus decernere debet in hoc casu,vt vniantur acta, electis remedijs naturalibus cum diuinis. diuina semper priora benedicendi, quæ benedicenda sunt à Sacerdote, vt scripsimus cap.1.huius.

Facta perquisitione in locis suspectis,ac repertis,& dissolutis, & ritè concrematis;etsi aliquorum mortem in huiusmodi combustione obseruauimus,sic iubent tamen Auctores; vt fusè DelRius lib.6.cap.11.q.3. 1.Condrochius 1.lib.de m.v.8.Cesalp.Carrar.Belhauer,Menghus, &c. pluraq; exempla in p.p. Prati floridi,in omni febre dicendum Euangelium S. Lucæ 4. surgens Iesus ex Sinagoga, ac orationes S. Bartholomæi,Sanctiq; nostri oriundi ciuis,& Præsulis Ianuarij Mart.

Febribus ardentibus Mag. Cap. XXXXI.

PRæmissa dieta, sanguinis missione repetita cum sacrificatione; purgatione conuenienti; laudatur aqua cucurbitæ cum dram. 1. diamarg. frigidi. item aqua portulacæ cum dram. 2. seminis psillij infusi per noctem, ac colati, adiuncta iulep. viol. vnc. 1. & ℥. ÷ pulueris dicti. item hordeatum, & in statu febris tribue dram. 1. camphoræ in lib. 1. aquæ acetosellæ, vel cum vnc. ℥. sy. viol. item potus decocti fluuialium cancrorum, & sebesten. alij vtuntur sy. de papau. rubeo cum aqua scabiosa, & sempreuiuo.

Optimum diuitibus in Mag. febre, & ad præseruandum ab Hettica R. seminis psillij, portulacæ, cithoniorum, citruli an. vnc. ÷ radicis febrifugæ, seù centauræ minoris ÷ fragmentorum smaraldi, agathæ, iacinti, zaphiri, coralli, ambræ, perl. præpar. an. scrop. ÷ pulucrizentur, & cum gummo dragag. diss. in aqua acetosellæ, vel cucurb. vel portul. f. ellec. secundùm artem, vel vtere tantùm pulueribus, addendo cornu Rhinocerontis, & lapidis Belzuar. an. scr. ÷ cum benedictionibus appropriatis.

Hic puluis è lethi faucibus exemit meum Nepot. D. Iulium Vascellum grauis armaturæ militiæ Excellentiss. D. Principis Concæ &c. Alferium; & D. meum compatrem Hieronimum Collem Thesaur. Beneuent. aliosq;

Febribus alijs Putridis, ac Heticis Magicis. Cap. XXXXII.

PRæcedentibus sæpè dictis cum cap. iam scripto continuatur assiduatio Euangelij *S.* Marci *6.* Recumbentibus vndecim discipulis &c. cùm febris sit difficilis eradicationis bibantur apparente aliqua digestione dr. 2. huius trochisci R. spodij, eupatorij, seminis cuscutæ, & hendiuiæ, berberis an. dr. 4. xiloaloes, dragaganti, anasi, absinthij, doronici an. dram. 1. terantur, & cribellentur cum aqua calida. f. troch. per septem dies cum vnt. ℥. sy acetosi accipiendi. itē succus pimpinellæ per tres paroxismos bibitus ante accessionem ad vnt. 2. tertianam eradicat, idem operatur succus radicum, & foliorum berbenæ, eodem modo vtimur pentaphillo, virga pastoris, vel herba Turca. vbi verò apparent oppilationes, tàm spleneticæ, quàm hepaticæ, quàm myseraicæ in febribus longis compone hoc ellec. per tres horas ante cibum ad duas dram. accipiendum, & confert valdè Nephriticis; R. vtriusque astrologiæ, radicis iridis, squinanti, gentianæ, masticis, seminis hyperici, succi marrubij, eupatorij, verbenæ, an. dr. 1. acori, spicæ nardi, myrrhæ, Camedrios. carpobalzami an. dram. ÷ camphuræ scrop. 1. ligni aloes G. v. pulucrizentur,

zentur,& cum ſy.de tribus rad.f.confectio,& quando petis euacuatio-nem adde ſcnæ polipodij,epithymi,agarici troch.an.dram.1.quæ omnia conferunt ſpurijs tertianis,quotidianis,& quartanis,& etiam ante harũ acceſſiones initiatas tribuunt cum vino dram.1. huius ſaluberrimi pulueris. R.coriandr.præpar.milliſolis,hyperici an.dram.1.cinami parum f.puluis,& omnia ſint ab Exorciſta cum rituali benedicta.

De quartana Philonius Rom. lib. 7. cap. 12. plura curioſa, & dixit phlebotomia da ſaluatella ſiniſtræ manus in hora acceſſionis curauit multos me vidente;quamuis ſit contra regulas artis. Lumbiſanus examinat.Loci verò mutatio in omnibus morbis confert.

Hetticæ febri ſine putrida, nec in tertio gradu, celebratis alijs auxilijs, vt balneo, & lactis exhibitione, & quæ diximus cap. ardentibus &c.vtor dram.1. huius pulueris R. ſpecierum omnium lapidum prætioſorum,ambræ croceæ an. ſcrop. ÷ ſemin maluæ, portulacæ, papau. albi an. dram.1. ſandalorum, gummi dragag. raſuræ eboris an. dram. 1. ÷ oſſis de corde cerui, & cranei humani, corall. rub. præpar. perl. præpar.an.ſcrop.1.diarrhod. Abb.dram. ÷ zucch.albi vnc.1.m.f.puluil,vel etiam ellectuarium exemit multos è faucibus orci.his omnibus præparatis poſteà benedicantur more eccleſiaſtic.

Neque pium eſt ieiunium ferre in tertiana in tribus Dominicis, in quartana in quatuor cum ſit potius obſeruatio Paganorum qui die Iouis, & Dominicæ, ſeù Solis, ieiunare ſolebant, quod iure vetitum fuit à 33.Pontificie Melchiade ex decretal.Gratiani, ex Platina huius vitæ; Id ſcribebam ad probandam hanc piam opinionem nobilis viri D.Fabij de Rugerio contemnentis cum Nob. D. Iulio Baſalù piè etiã perſuadentis illud fieri poſſe.

Febribus Mag.Puerorum. Cap. XXXXIII.

PVer benedicendus,ac appendenda ſunt ſacra amuleta, ſuffumigetur thure, belzuino,palma, aſtrologia rot. febrifuga benedictis. Euangelium S.Lucæ cap.9.ſuperlegendum,& lac deinde nutricis corrigendum, prout exigit occaſio, dieta, ſanguis miſſione, & pharmaco. vſus corallorum tàm externè, quàm internè Feb. puerorum conducit. inunctio ſpinæ ex mucilag. ſemin. cithoniorum oleo viol. & cera prodeſt.item R.ſucci plantag.maluæ,abſinthij an.vnt. . farinæ hordei q. 1.pro linimento applicando pectori,& præcordijs. & Graddus R. ſempriuiui, plantag.ſolatri, rutæ ana cum farina hordei, & albugine oui,applicat ſtomacho, hæc omnia benedicantur,& propinentur cum conſilio Medici. Dioſcorides araneum cum ſplenio ſubactum, & lintheo illitum,prolatumq; vtriſq; temporibus,& fronti iubet immittere. Apuleius lactucam leporianam ſub puluillo vult ſupponi.item cingere febricitantem perforatæ herbæ folijs.Conſtantius pedes,manus, & frontem inungit oleo ſcorpionis.

COMPENDIVM
De Fascino. Cap. XXXXIV.

FAscinum triplex. primum poeticum, consistens in visione, seù inuido aspectu, vel in loquela malitiosè laudante, in quo superstitiosè naturaliter ponunt vires, refutans à communibus. Del Rio lib. 3. p. 1. q. 3. Vallesf. de S. Phil. Leon Vairo Beneuentano lib. 2. & 3. de Fascino &c. Secundum dicitur impropriè Phisicum, cùm sit quædam contagio, seù infectio ex mala pualitate præexcellentis putredinis ab oculorum tunicis, vel angulis eiecta, inuida imaginatione, seù excitante spiritus, & poros aperiente, coadiuuante lætitia, vel odio, visuq; eradiante infecto prius aere tanquam medio vsque ad obiectum dispositum. Tertium dęmoniacum appellant, & est perniciosa qualitas, dæmonum arte illata, ob tacitum, vel expressum pactum cum ijsdem dęmonibus firmatum. Hoc quatrat cum magica affectione pluries dicta. Re vera neque iusta Fascina coadequantur cum nominis Fascini ethimologia, quæ sonat inuidere, ceù nimium videre, vt explicantur multa loca SS. Patrum. Magicum verò potest verti fascinum, à fando, seù incantando: sic de illo Viterbi Hiero. Poeta decantat

Quandoquidem memini Tusci alta in rupe Viterbi.
Ipse senem vidisse ferum; cui dira vigebant
Ora, grauesq; oculi suffecti sanguine circum,
Fronsq; obscena situ, hirtiq; in vertice cani.
Ille truci (scelus) obtutu genus omne necabat.
Reptantum, tenues animas, prauasq; volantes:
Quin etiam si quando hortos ingressus, vbi annus
Exuit expleto turpem nouus orbe senectam,
Floribus, & passim per agros incanuit arbor;
Ille hortis stragem dedit, arboribusq; ruinam:
Spemq; anni agricolæ mæsti fluere caducam.
Nam quocunq; aciem horribilem intendisset: ibi omnes
Cernere erat subitò afflatos languescere flores.

Hoc Fascino referunt Orbilium Beneuētanum Grammaticum Plagosum (tempore Ciceronis vixit 100. annos) adeò memoria fuisse orbatum, vt néq; primas litteras recordabatur. hoc monumentum legi in quodam veteri manuscripto à D.V.I.P. Bartholomæo Pacillo Beneuentano conseruato.

Signa verò fascinantium videntur in oculis binæ pupillæ, vel forma buffonis, hirci, canis, equi, vnguium, serpētum &c. nostris. n. (ait Mart.) temporibus deprehensæ, quibus in oculis erat nota catellini, vel buffonis. Palemones de signorum interpr. ità, si verò nubecula, vel obscura, vel pallescens, aut turbida fronti eorum insiderit, non te fugiat à dæmone omnis generis nocumentis lædi, ac addidit qui conuersos circa

pupil-

pupillam circulos,qui cum motu ipso iuncti feruntur habuerint. Sunt Signa mancipij

De fascinatione Phisico addit Didimus, quiq; oculos concauos, ac veluti quibusdam quasi foueis reconditos gerunt, exhaustoque adeò vniuerso humore, vt ossa quibus palpebræ coherent eminere, hirciq; sordibus scatere cernuntur. cum squallere.oculi sunt strabi, glauci, ac lucidi, terribiles.Signa fascini vt plurimum est macies ad Tabem, cum vomitu,& inappetentia, vigilijs, deliquijs animi cũ tristitia, motibusq; conuulsiuis &c.

Dispositi .n. sunt magis pueri, & iuuenculi, & pulchri tanquam spongiosiores.

Curatio phisica pendet à prohibitione agentis inficientis auertendo faciem, oculos, & ipsummet puellum, naturali proprietate laudatur ruta, Alissus, opaluslapis, gagates, corallus, vngues alcis, oculus Lupi dexter, vel mustellæ, pars caudæ Leonis, pelles hyenæ, Tasciotæ, radix satirion, ac vana antiquorum omittendo, vt, Deum liberũ; Dittatoris clauum, adipem lupi &c. Tu vtere quæ scripsimus lib. 3. c.8. de præseruat. & conducunt omnia Alexipharmaca; ac statim fumigetur puer hoc pul. R. Thuris, myrrhæ, astrolog. rot. rutæ siccæ, sulphuris, ambræ croceæ an. dr. ∸ ligni eloes G.7.m. ac aliqua danda antidota nostra pag.113.descripta. Ita sicut sunt affectiones,& sympthomata reperiẽda horum capita iam scripta.interim tempora, stomachus, præcordia, narices linientur antidoto nostro dissol. cum aceto, vel Theriaca omnia benedictionibus muniantur iux. ritualia, ac piè recitentur orationes S.Mercurij, & S.Barbati, ac S. Bartholomæi rescriptæ pag.146. ac S. Ianuarij.

Nobilissimus D. Patritius Beneu. Hieronymus Mascambrunus iunior omnibus virtutibus D. præposuit. Cur antiquitas contra fascinationem obseruabat spuere, vnde Tibul. lib.2. Deposuit in molles, & sibi quisq; sinus, ac etiam vulgò, far' la fico.

Sat respondi posset ea Gentilium fuisse superstitiosa, quorum valdè erant imbuti. Speculandum tamen paucis, vel .n. fascinum est contagium, sic despuere signaculoq; ficus obuiare auxilij esse suadet ratio, cum contagioni illi spuendo oppugnetur, impellendo aerem, diuertaturque. Adde quòd corpora paratiora ad capessenda huiusmodi fascina sunt viliora tanquam non ita resistentia. Spuendo verò, ac ficum figurando animosior fit homo, siccinè melius resistens, nec exaudiens vocem, vel commotionem, inuidiamq; fascinantis, vel est dęmoniacũ, ac pugna ineunda cum Diabolo superbo; at sæpè victoria adepta est à fortibus in fide eius facinora paruifacientibus, ludentibus, calumniantibus his signis.

De Peste Maga exemplo hodierno 1631. Cap. XXXXV.

PEstis seuior bello, singula falce metens, effrenis belua, damnosa, fœda, misera, violenta, maligna, contagiosa, læthifera, omnium ægritudinum Stigia Regina, à Gal. 3. epid. 20. descripta. Quicunque morbus vno in loco multos simul inuaserat hic vulgaris nominatur, cui si accidat vt multos tollat, pestilentia efficitur tu adde à vi dæmoniaca externè, & internè ob magica pacta, scripta lib. 1. de potentia notum est lib. 1. cap. 2. Exempla sunt plura, ac nostris temporibus visa sunt, ac multa eorum facinorosa, veneficaq; corpora Diaboli ministra Vulcano tradita ab Astrea Mediolani; locisue Allobrogum, Regionique Galliæ Cesalpinæ, Florentiæ, Mantuæ, Ferrariæ, quæ miseranda calamitate anno 1630. & 31. vnguentis, & pulueribus dæmoniacis portarum coronidas, ac in Ecclesijs aquarum lustralium fontes inficientibus contagio animalia rationabilia num. 150000. vltra interfecerunt, Regnum, Regionesq; Romanæ Vrbani Sanctiss. VIII. prudentia, ac Excellentiss. Proregis Neap. vigilantia, Limenarchas, & Ciuitatum custodes, explorantesq; instituendo præseruata; Cardanus lib. de var. ver. nostro lib. 1. cit. huic similem narrat historiam; altera legitur lib. 2. c. 6. Celij Rhodogini nequitia Dæmonum excitata; origo mali à terriculamentis specie humana: subdit. Quibus aueruncandis nullis prorsus amuletis opus erat, vel, vt assolet, mysticis, sacrisq; verbis: sed velut limphati, ac arreptitij, vocantes nec audiebant, etiam si in arcto asseruarentur. Per quietem obtingebant, hæc quandoque inhorrescebat febris, sed ita, vti nec color demutaretur, neq; insitus item calor; nam nec inflammatio, vt fit, persentiebatur, verum tullis infecta erat, nulla discriminis specie. Tubercula se se ostentabant, sed non eodem tempore omnibus, nec eodem loco. Quibusdam profundior obrepebat somnus, alijs dementia cum rerum omnium obliuione, vt in cibi neglectu conficerentur, ac furentes è lectulo sese proriperent, vt se daturi in præceps, aut sitis ardore flumina perituri. Morbus tamen hic contagiosus haud fuit. &c.

Romani etiam gentiles fidem adhiberunt magis pestem causare potentibus, scribit Vairus lib. 1. de Fascino pag. 56. *Roma* verò cùm ob Fascinum pestilentia, aut graui morbo laboraret hoc pacto, Ciuium consulti Consules consulebant, Dictatorem ex seniorum memoria repetitum creabant, qui clauum (hæc erat superstitio) in dextro latere ædis Iouis opt. Max. in Capitolio figebat, & statim pestilentia, quæ nec diuina ope, nec humanis consilijs depelli poterat discedabat, ac plura Liuius.

In curatione obseruarunt præcipuè vti remedijs diuinis, vt putà ieiunijs, orationibus, cæterisq; salubribus Sacramentis. extat scirupus

Ripæ

Ripæ lib.5.c.1.descriptus idcircò pijssimus Pater max.necessitati consulens Reip.Christianæ sæpè iubilea misit.

Quo ad partem medicam considerabatur pestis ex venenis naturalibus contagiosis. Et finem imponendo huic Sexto libro decsribam Catalogum, seù Indicem Sanctorum Beneuent. vt eorum nomina innotescant,quorum Historias perbelle descripsit Reuerendiss. D. Marius de Vipera Archidiaconus Beneuent. vir omnibus ferè numeris absolutus.

S. Arnaldus	Archiep.35.M.	1332.
S. Apollonius	Episc.16.	332
S. Barbatus	Episc.33.	666
S. Benignus	Archid.M.	490
S. Cassianus	Episc.17.	341
S. Dorus	Episc.15.	330
S. Desiderius	Lector.M.	305
S.Emilius	Episc.20.	430
S.Euntius	Episc.Astensis	741
S.Felix	Papa 4.	630
S.Festus	Diaconus	305
S. Photinus	Episc. à S. Petro missus	40
S. Ioannes	Episc.21.	430
S.Ianuarius	Episc. 13. Protector Ben.& Neap.	305
S.Ianuarius 2	Episc.18.	347
S. Liberator	Episc.12.	300
S.Marcianus	Episc.27.	536
S.Milo	Archiep.11.	1062
S.Natalis	Presbyt.C.M.	750
S.Paldo	Abb. S. Vinc. prope Vultur.	750
S.Paulus	Diaconus	404
S.Piaton.	apud Gallos.	313
S. Sophius	Episc.24.M.	49
S. Stefanus	Mart.Puteol.	305
S. Thomasius	Episc.23.	440
S.Taso	Abb.S.Vinc.	729
S. Zosimus	Episc.28.	553

S.Artelais	Virgo	566
S. Bella	Monial.S.P.	1280
S. Danella	Ord. Præd. de Vipera famil.	128
S. Offa	Abbatissa S.Pet.	569

Plura in historijs scribentur ab eodem Domino pulchra, & erudita.

FINIS.

PIETRO PIPERNO

PROTOFISICO DI BENEVENTO,

E della iurisdittione di S. Sophia del Eminentiss. e Reuerendiss. Sign. Francesco Card. BARBERINO Perp. Ab. Protomed.


D. PLACIDO GEMINI CASTELLI
Academico Risuegliato.

T'Ammiri Pietro 'l mondo, e fra le pietre
Di fama eterna incorrottibil resti,
Che s'à mille alme hoggi la vita impresti,
Ben è ragion, ch'il ben eterno impetre.
D'Esculapio nouel, sonore cetre,
Voi, che di Pindo i primi scanni haueſti,
Ridite pur quei memorandi gesti,
Che non osa spiegar timido metre.
Ceda Titon ne' matutini Albori,
Se col suo stral, mentre saetta il Cielo
Fugan l'ombre notturne i suoi splendori;
Che con più graui effetti infra gli orrori
Scacci col tuo sauer, qual alto Delo
L'ombre nemiche, i malignanti humori.

DE
NVCE MAGA
BENEVENTANA

AVCTORE

PETRO PIPERNO
BENEVENTANO,
Phil. & Med. & Iurisdictionis S. Sophię Eminentiss. & Reuerendiss. D. Princ. Cardin. Francisci BARBERINI V. C. ac perpetui Abb. Protophisico.



NEAPOLI,
Typis Io: Dominici Montanari. M.DC.XXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.


Imprimatur.

Felix Tamburellus Vic. Gen.

M. Fr. Dominicus Grauina Ord. Præd.
Curiæ Archiep. Theolog.

Felix de Ianuario S. T. D. Deput. vidit.

Per-



Perillustr. ac Reuerendiss. D.

TRAIANO
VIPERAE
ARCHIDIAC. AC PATRITIO BENEVENT.

PETRVS PIPERNVS
PROSPERIT.





Vorum exemplorum sequentium, vt recẽtium, monumentum, essent enim millia pauca, de Nuce Beneuentana, voci non Typis famosa, me narrare stimulauit; Quæ tibi (Nobilissime Domine) duo dicanda mihi suadent. Primò tuæ virtutes in modesta, hilari, seniliq; iuuentute; miraq; encomia Patrui tui D.Marij Archidiac. sæpèq; Generalis Vicarij in

Curia Archiepiscop. grauissimi scriptoris, litterisq; nobilibus pleni, tuorumq; auorum à Summis Pontificibus tot dignitatibus decoratorum, Patriæ Patritiorum, gesta sectantes, nec dicam æmulantes. Secundò alata Vipera tuorum arma vetusta, idolum quondam, ac stemma Longobardorum Heroum, qui super hanc Nucem eam venerabātur (sicuti bicipitem Amphisibenam Biloctorum insignia cum ijs Dux colebat Romualdus) & licet à S.Barbato ea fuerit publicè deleta, ab huius tamen posteris, magnisq; tuis proauis in armis gẽtilitatis fœcundè est conseruata dignitatibus maioribus hæreditaria. Hæc pauca, sed perpetua, Magnatibus grata] ceù meæ seruitutis arram accipias oro, Nestoreos annos à Deo precor, me tuæ humanitati, ac B. Daniellæ Ord. Præd. ex tua Prosapia comendo. Kal. Feb. 1634.

Perillustr. ac PerReuerendi D.

CAESARIS MACCHABAEI S.T. & V.I.D. Prothon. Ap. Basilicæ Primic.

Anagramma

Petrus Pipernus

VT PIPER SVPERNVS

Tetrastichon.

HVmanum pietate genus conditur in orbe,
Conditæq; dapes pharmaca tuta parant,
Vt Piper interna prodit virtute supernus;
Effectus superos: sic petrus alta docet.

D. IOANNIS PIPEPRNI

Theologi, ac Abb. S. Mariæ de Granatellis Perill. D. Baronis Ioannis Antonij Latini Beneu.

Tetrastichon.

ARs artem Petri magicam cantata superni
Carminis, infesto pellit ab orbe sono.
Carmina si potuit Petrus delere Simonis,
Medeæ & Circes nunc quoque delet opus.

Eiusdem Distichon.

Historia, Medica doctrina cedere Petro
Martinus, Picus, iure Bodinus eant.

D. IVLII CAESARIS BARICELLI
Ciuis Beneuent. Philos. Art. lib. & Med. D.
clariss. script. variarum rerum.

In Perillustr. D. PETRI PIPERNI Prothomed. Beneuenti, & Eminentiss. D. Card. BARBERINI S. Sophiæ iurisd. Archiatri Demonomanium.

Sagarum strepitat cætus, doctoq; libello,
Atra venena vomit Thessala turpis anus
Omnibus infandæ reseras penetralia sectæ,
Et ritum obscænum destruis arte pia;
Specula nocturnis Strigibus committe Citæis,
Iustorum imperium dira Magæra timet;
Perge PIPERNE vltro, resonant tua scripta per Orbem,
Famaq; perlustris nominis astra meat.

De

De lepra, & isciade à Lamia causata pro NVCE Beneuentana.

CASVS PRIMVS.



Vlier quædã propter longã familiaritatem curiositate iocosa ducta, quã cum vetula strigimaga habuisset, excitata ad ludos Nucis Beneuentanę adire, non vero, sed ludendi animo, Principis sectam sectaturam ter promisit. Vetula verò adeptæ amicitiæ læta, vt suo Principi eam expiscaret, ac ad standum promissis confirmaret, ludos inexplicabiles, lauta conuiuia, venereaq; gaudia, & amplexus dulces callidis quibusdam verbis amplificabat; monebat ne vnquam signo Crucis signaret, nec corde, nec verbo nomen Iesu, vel B. V. Mariæ, aliaq; sancta verba nominaret, deditque etiam vnguentum vt nocte ventura hora 4. bracchia, crura, nates, cunnum, pectusq; leniret; insufflato prius quodam puluere in mariti collum, vt profundè dormitasset tota nocte; Dixitq; vt quid optaret ad equitandum, baculum ne an hircum, asinum, canem &c. explanaret. Subdidit illa simulatè, doce me prius agendi modum domi meæ, interim cogitabo de equo; subridens lamia se libenter id facturam. Nocte aduentante per ossa mulieris quidam terror cucurrit, ruminans nefanda interdicta sibi è vetula; & Angelus Sanctus Custos internè (credo) dissuadebat ne scelus illud magnum committeret. cum ecce ventus quidam, & oculis visa lamia submissè loquens Age? age? vnge? nam maritus tuus dormiet, cùm postea breuę gaudendi tempus habetur. Illa terrefacta subdit, ij, ij tu? Ego quidem nolo Creatorem meum Iesum offendere, iocosè promisi; Torua, perfida strix ira tumefacta flatum ceù spuendo igneum, & fætidum in mulieris faciem insufflauit, ictumq; in osse scio dextro eiaculauit: ac tota nocte exurentem faciem tulit; ita vt mane cũ lepra infecta lectulo iacebat cum isciatico dolore. Dolor .n. ab osse sacro vsque ad pedem dextrum descendebat. Quam historiam inscio marito iuramento mihi patefecit dubitãs de aliquo maleficio. Dum hæc in arce Beneu. narrabam cum D. Dominico Procaccino de Monte S. Viti, nepotis tamen nobilis scriptoris Calisti Procaccini.

Petijt Nobiliss. Dom. D. Iulius Vintimilia Patritius Ard. Beneu. Quomodo poterat expiratio illa lepram excitare? Ego aliud exemplũ narrabam cum Sprenger. pag. 55. naturaliter .n. in mestruosis mulieribus, vel cacoethicis vi contagii ex suo viro sanguinem corrumpendo, & euocando potest id causari, sed non affirmari approbè in casu nostro. Neque possumus dicere, quòd fuisset ex applicatione venenorum, quia præsagire non poterat an mulier sibi morem gestura recusasset; Ergò

tenen-

tenendum est fuisse à Dæmonis vi lamiæ magistri, ita moti ad vindictam suæ delusæ ancillæ. Probat id doloris isciadis causa, nempè ictus qui ad se humores crassos traxit vi dæmoniaca. Addo etiam Dei permittentiam, vt mala familiaritas, nimia curiositas puniretur.

Curata fuit lepra ratione diuina, & medica. inter hæc persuasi offerenda vota, ac preces *S.* Ianuario nostro Episcop. & conciui, impulsus miraculis lepræ, quæ corripiebantur, qui lasciuè dormitabant in suo cubiculo, in quo natus est Sanctus Beneuenti. Tum dicendam orationem Leprosi Matt. 8. Marc. 1. Domine si velis, potes me mundare, quæ cum medicis etiam auxilijs fuit curata; tamen post annum expirauit eodem tempore.

APPENDIX MVRCHONO.

De mala conuersatione prohibenda.

PLura tibi dicenda nō correspondentia tuo pio Dominatori D. Illustriss. Michelang. Bagliono Marchioni N. P. quæ velo silentij vello, fuge malam conuersationem. nam Plutarchus lib. de cogn. vero amico ab adulatore, notauit tantam habere vim assiduam consuetudinem vt imprudenter exprimamus vitia eorum. cum quibus agimus. vnde Euseb. lib. *6.* de præpar. Euan. S. Bonos quippè mores conuersatio parua corrumpit; sicut etiam praui mores proba conuersatione corriguntur. Seneca tertio de ira sumuntur à conuersationibus mores, & vt quædam contactu in corpus vitia transiliunt, ità animus mala sua proximus tradit. Ebrietas conuictores in amorem vini traxit. Impudicorum cætus fortes etiam viros emollit. Auaritia in proximos virus suū transtulit: eadem è diuerso ratio virtutum est, vt omne quod secum habent mitigent. Nec tàm valetudini profuit vtilis regio, & salubre cœlum; quàm animis parum firmis in turba meliorum versari.

Difficilè quidem potest euadere qui degit in Regione pestifera, vel non humectari sub aquis. ità prauorum conuersationes; quæ leprosis, & morbis pestilentibus assimilantur; tactu, propinquitate, & aspectu nocentes. Sic optimè consuluit Ficinus. Memento denique effrenatos, & imprudentes, & malignos, ac infelices procul fugere. hi namque malorum pleni Dæmonum, vel radiorum, malefici sunt, & tanquam leprosi, pestilentesq; non solùm tactu nocent, sed & propinquitate, & aspectu, sanè propinquitas ipsa corporum animatorum putatur esse contactus propter efficacem vaporum exhalationem foris à calore spiritu affecto manantem. Maximè autem pestilens erit flagitiosorum familiaritas, atq; crudelium 3. de tripl. re 23. ideò uulgò Fà le spese al buono che ti ricorda.

Vir bonus est quis?

Qui consulta Patrum, qui leges, iuraq; seruat. Non solùm conuersatio dicta, sed praui obiecti præsentia, turpiaq; uerba, bonos uitiant

mores.

mores. Sic Lactantius spectacula cuncta damnauit lib.7.de cultu vero 20.Histrionũ impudicissimos motus, Mimorũ adulatoria de adulteriis, scenas corruptelas vitiosiores, comicas fabulas de stupris virginum, de amoribus meretricum fingentes, libidinum flãmas, seù irritamina; quæ omnia à veris zelosis Pastoribus, vel interdicenda, vel corrigenda. Narrat Plutarchus de amat. enar. de Strabone, qui Aristocheam formosissimam puellam nudam videns, in eam magno vtriusque malo exarsit, sunt exempla ferè innumerabilia, vt in specul.exempl. in Prato Florido, & recordor Susannæ, cuius visus mutauit senes in iuuenes Daniel 13. Dauidis, & Bersabeæ. Nec nos sumus Dauide Sanctiores, vel Salamone sapientiores, vel Samsone fortiores inquit S. Hieronymus; idcircò oculos nostros auertamus, ne videant obiecta vana, & periculosa. Gentiles etiam legimus hæc euitasse. Augustus ex Suet. cap.44. Fœminis ne gladiatores quidem, nisi ex superiore loco spectare concessit: Athletarum verà spectacula muliebrem sexum submouit. habes C. de repudijs l. consensu §. vir quoq; licuisse marito repudiare vxorẽ, vel sine iusta, vel probabili causa foris pernoctantem, vel Circensibus vel Theatralibus ludis, vel arenarum spectaculis in ipsis locis, in quibus hæc assolent celebrari se prohibente gaudentem; vt Semphronius suam repudiauit vxorem, quòd ludos funebres spectasset. hinc rectè Lacedæmoni non solùm imagines, sed libros etiam Archilochi parum pudicos à sua Repub. iusserunt exulare. lib.6.c.3. Val. Max. nam

Verba mouent animos oris lasciuia pectus
Pulsat; & in venus semina mortis agit.

Leges Romuli erant, vt refert Plin. in vita, quòd qui coram fœminis obscænum aliquod dixisset, non secus quàm homicida puniebatur; quòd iuris Consultus æmulatus l. item apud Labeonem §. qui turpibus ff. de iniurijs, iniuriarum voluit teneri, qui cum muliere turpes sermones miscent. ideo cum S. Paulo Apost. ad Ephes. dicamus, Fornicatio autem, & omnis obscænitas ne nominetur quadam, apud vos, sicut decet Sanctos: nam libidinosi sunt mortale peccatum, vt explicat lib. 9.d.45.nu.39. contra Sanchez de Mat. t. 2. hæc etsi de terminis tamen vt vtilia apponere licuit, plura forsan in historijs.

CASVS II.

De Gibboso vi Dæmonis mutato in arenationem, seù ante pectus in conuiuio Nucis Beneuentanæ Mag.

VIr quidam Lombertus Alutarius in Patria sua Altauillæ decoctus Beneuenti iuribus statutarijs gaudens, vulgò *affidato*, artem suam populari lætitia, & risu exercebat amore ductus vxorem filios, & patriam tangendi, videndique causa in vigilia Sanctissimi

Corporis Iesu Christi serò, humida lucente Luna, nostra discessit ab Vrbe; cùm vix duobus milliarijs semotus, inspexit in plano prope flumen Sabbati in fertilis ruris confinio perillustr. D. Patrit. Ben. Francisci Ianuarij omnium virtutum ornati, magnam virorum, mulierumq; turbam saltantium, & cantantium, *ben' venga il Giuedì, e'l Venerdì*, putans esse messores, ac fœminas spicarum colligentes, ad eos rhytmica, canoraq; voce accedens subdidit, *e lo Sabbato, e la Domenica*, replicando: quæ facetiæ, & vt Gibbosus homo, & si exterus omnibus arrisere, ac vanam ex ijs arreptus diuerberatis scapulis saltabat, quibus choreis expletis, & defessi sub quadam alta, spaciosaq; & magna nuce non longè à flumine accesserunt, vbi plures mensæ multis esculentis paratæ erant, famelicus forsan, vel iocandi animo ambitioso, ipse prior sedem accipiens accumbit; cùm en Dæmon à tergo vi, & arte indecibili, intēso, sed momentaneo dolore, miraq; celeritate montē illū morbosum, dislocatis spōdilibus, super humeros adequans, ad pectus extulit. Siccinè ille citò vociferans, ò IESV Virgo MARIA, omnes cum dapibus, luminibusq; euanuerunt, atque manibus sua terga tractans, gibbosam eleuationem non inuenit, & quam oculi non videbant, nunc ante deforme, & lamentabile impedimentum inspiciunt. Lombertus igitur ad animi fortitudinem excitatus, eas lamias esse colligit; itinere terminato, nouam tamen molem anteriorem plorans, ad domum suam auroræ nuncij cantu peruenit; ianuam pulsat; Ridiculosa magis fortuna parat: Vxor.n. pudica nocturnis territa ictibus, quis est iste temerarius? dicat? ille mutula voce refert, Lambertus tuus? vox quidem ei talis videbatur; mente verò non concipiebat hora illa malis amica maritum aduenire potuisse: surrexit è lectulo, fenestram aperit; tum lunari luce cùm hominem sine gibboso signo inspexisset; alta voce vicinos, & parentes proclamans mortarium proiecit, non sine periculo capitis fracturæ infortunati viri: tunc miserandus ille vlulans, sum Lambertus? falleris? hìc sum, aperi? narrabo meos casus, aperi? tace? tandem voci cessit, diuersaq; figura domum ingrediens, euentus sub Beneuentana Nuce suæ vxori, ac parentibus narrauit. ita vt manè cùm per plateas Altauillæ non gibbosus ambulabat à suis creditoribus non cognoscebatur. Post festiuos dies reuertens ad nostram Vrbem vt tutior, sed mutatus ab illo; iocoso puerorum acclamatu res audita fuit. casus hi sunt multi apud nos, & scriptores plures, quos beuitate omittimus.

De Lamijs Cap. I.

PErstringam de Nuce compendium, quæ ab omnibus ferè Regionibus est nota oribus, & auribus; à nemine examinata, ac supp. vt verissimo esse Lamias, seù ianaras, satisq; probato à Del Rio lib. 2. q. 16. vbi centum auctores, & negantes incidere contra Canones, & diui-

nas leges 14. q. 1. &c. de Frig. & malef. num. 2. quot Inquisitores, & Commissarij ad capiendas informationes, iustitiamq; exequendam cõstituti in varijs locis? quot retractę Beneuenti? quot combustæ his ludis gloriantes, & vsæ? vulgares legant totum lib. 6. 1. p. Prati floridi, ex quibus probatur; quòd corporaliter, seù totaliter, raro fantasticè, nisi quando sunt à nimijs ludis lassæ, ire ad cursum, seu ad nefanda cõcilia, Nucemq; Benuentanam indicibili celeritate, vt solemnem locũ. Et quoniam Aristot. ait se ipsos, & alios decipit ab ignorata vi nominum, quamquam Gal. ad eam declarandam longum tempus terere vituperet; tamen iu 63. pronost. 39. & primo de diff. pulf. necessariam appellauit. plura inueniuntur nomina harum malignarum mulierum; dico mulieres; cùm viri reperiantur, sed pauci; hinc dictum, latrociniũ in viro, veneficium in fæmina reperiri; ceù fidei minor.

Magæ primò vocantur à magnis actionibus vltra naturam, seu quæ viribus humanis perfici nequeunt, apertè verò vel occultè Diabolis auditoribus eæ perficere multa posse profitentur.

Sagæ, quia satis pessimè faciunt, multa scire volentes.

Lamiæ (à Lilith hebræo) à Lamia fęmina zelotypia furens ob adulterum maritum: infantulum adulterinum necauit, & quosquos poterat; vel ob similitudinem quandam cum Lamijs antiquorum, quæ repræsentabantur phantasticè in specie pulchrarum mulierum splendẽtium, amore captæ à iuuenibus vt hos perderent: vnde Empusæ, ac Marmolicia, vel Laruæ, & Lemures fuerunt nuncupatæ, apparentes vnico pede, in varijsq; figuris Dianæ dicatis; At nostræ lamiæ conuiuantur, cum spectris colludunt, negociantur; libidinem exercent, ità vt ait Rhodog. lib. 19. 5. libidinis cupiditate allicere iuuenes vt postea deuorent; maleficia patrant, infantes expetunt, sic Horat.

Heu pransæ lamia puerum viuum extrahat aluo,

& propter hanc appetitionem appellari etiam Striges ab aue Striga huc, vel illuc vagante quamuis plin. iudicet fabulosum, vel vt Mercurial. in c. 3. de mor. puer. à stringendo; sic Picus ex Ouid. Ang.

Proca il dimostra quale sia questo angue,
Che al quinto giorno dopo suo natale
Delle streghe già preda forte langue;
Poco il vagito fanciullesco vale,
A chieder spesso aiuto alla nutrice,
Che è lacerato da questo animale
Assorbe il sangue la strega infelice
Sì presto con la lingua insatiabile
Che'l soccorso opportuno essere non lice.

Stringunt, & occidunt infantes non baptizatos odio ne saluentur sanctissimo Caracthere, ac signo Crucis; ideò statim Baptismo sacro muniendi sunt. sic strigæ à Læstrygonibus, ex odis. Hom. Anthropophageis; hinc Euchetas, & Gnosticos infames fuisse infanticidiorum.

Lilith. à lail, quæ noctem significat: ac interrogati quondam senio-

res Synagogæ,quod pleriq; pleriq; pueri non dum octiduani (v.d.ante circumcisionem) reperirẽtur necati. Respondent eos interimi à Lilith. hoc est à Lamijs; hodie potissimum nondum baptizatis insidiantur,& noto hæc conciliabula fuisse ante Noe, vt Picus notauit, & nos ex S. Genes. pueros verò, vel præfocant iniecta culcitra, vel acu post aures, vel intra vngues infixa sanguinem sugunt, & necant, vel præcipitant è cunis, vel rapiunt, lancinant pro vsu vnguentorum, aut grati cibi has Drusas Hispani nominant.

Veneficæ quia sæpè etiam venenis simplicibus,vel compositis à magistrello docto,impenetrebilibus vtuntur. Ex lib.2. cap.3.num.4. de Ente Regali Doctiss. V.I.D. Virgilij Pedicini Beneuent. habetur. plus namq; est ait Imp. Hominem veneno extingui quàm gladio.

Incantatrices Grecè Epodiæ carminibus vim totam tribuentes, vel solis,aut cum alijs rebus mistis, ac de his scripsisse Gal. de Homerica curatione volunt aliqui.

Ianaræ nostro quoque vulgo nuncupantur, cùm per aerem nare sentiantur dum feruntur ad ludos, vel quia ità antiquitus nomen erat cuiusdam tartareæ Lamiarum Duchissæ Ianæ dictæ,ceù dicunt Canidia, à Canidia Neapolitana venefica,vt Horat.ode 5.

Canidia breuibus implicata viparis &c.

Saganæ à venefica Sagana hinc subdit. At expedita Sagana per totam domum spargens auernales aquas &c. sic

Veiæ à Veia. ibid. Veia exhauriebat ingemens laboribus quo posset infossus puer longo die bis terue mutatæ dapis in emori spectaculo.

Foliæ à Folia strigæ. Non defuisse masculæ libidinis Ariminensem Foliam.

Locustæ à Locusta. Iuuen. Sat.lib.5.

Instituitq; rudes melior locusta propinguas,

Ericthotes ab Ericłote Maga idid.lib.6.

Hoc scelerum ritus, hac dira carmina gentis
Effera damnarat nimia pietatis Ericłho.

Dispades à Dispade venefica Ouid.1.eleg.

Est quadam quicunq; volet cognoscere Lenam,
Audita est quadam nomine Dispas anus

Eriphilæ ab Eriphila, Michaleiæ à Michala, Hecateiæ, Medeæ, Circeæ, Thessalæ, ac in Sicilia Cyclopas, & Lestrigonas humanæ carnis auidas, ita vt proprios depascunt filios memorant, sic Thracia. Herodiades communiori vocabulo in aliquibus Regionibus nuncupantur ex Idumea Herodiade dropè Iordani flumen habitãte choreis, ludisq; venereis effusè fruente,quæ multos & multas ad suum conuictum trahebat Dianæ ludorum memorans, Manarda erat in antro nunc dicta *Grottemanarda*; Alcina in petra nunc *Pulcina*, sub dominio iam Excellentiss. ac nobiliss. D. Principis pij,ac prudeniss. Cæsaris de Aquino, eisdemq; encomijs D. Principissæ matris Lucretiæ Centurionis.

De cognoſcendis ſaggis. Cap. II.

PRæter prædicta in cap.de Faſcino adduntur ſtratagemmata, vt ſi ſuſpectæ reperiantur die Veneris,vel Martis laſſæ ludis in lectulo iacentes: ſi in aliqua corporis parte appareat aliquod ſignum liuidum, vel caracther; ſi tædet ſe ſignare ſigno S.Crucis, ſi ſæpè maledicunt, irantur minantur blaſphemantur,raró confitentur niſi hippocraticè,ſi irrideant in eleuatione S.Euchareſtiæ;ſi ficus manu fabricent, ſi aqua luſtrali introitu Eccleſiæ non ſignantur,ſi hædinis carnibus non veſcũtur &c. huiuſmodi: nam de facienda furca cum acubus, cum verbis, &c.de pedibus vngendis infantium &c.de carta ſcripta &c. ne exeant, quia ſuperſtitioſum non ſcribo.Addo ſigna,quibus tanquam mancipia ſignari ſolent à Principe Dæmonum in oculorum pupillis, uel binis, uel imagine bufonis, lacertæ,felicis, ungis (ut Melamp. de phiſon.) cum liuido ſigno dextræ, uel ſiniſtræ mammillæ uel lacerti. ſed plura cap. de Faſcino.

DE NVCE Cap. III.

NVx ut arbor & bonis,& malis proprietatibus fuit à natura dotata. Primò.n. cultori præbet,annua poma ſuo: uocantur inglandes, ceù Iouis glandes glandibus antiquorum ſuauiores, quibus oleum exprimitur multis utile.

Præſumptæ uel à cibo comeſtæ cum caricis, & ruta peſti, ac lethalibus aduerſantur uenenis,ac tantam uim habent,ut poſitus fructus inter fungos, & uenenoſos cibos quidquid in eis uirulentum effundat rapiat, & extinguat,ut Iſid. ſic omnibus cibarijs ſuſpectis imponendus.

Largium eſitatæ latos lumbricos pellunt, cum cæpa uero ſale, & melle,canis, hominibuſq; morſui conferunt.

Tormina cum putamine ſuo crematæ, & umbelico admotæ ſedant.

Cortex combuſts, trituſq; in uino, & oleo infantibus inunctus capillos elegantes efficit;alopecias replet.

Illinuntur mammarum inflammantibus,abſceſſibus, luxatiſq; cum exiguo melle,& ruta.

Siſtit menſes crematum, tritumq; & cum uino admotum quod intra nuces clauditur.

Putamine nucis dens cauus inuritur. quò plures quis nuces ederit hoc facilius timeas pellit.

Folia trita cum aceto aurium dolori, & anginæ cum ruta,& oleo.

Aduerſantur cæpis,leniuntq; harum ſapore.

Ad dentium pruritus utiles ſunt.

Vetuſtarum autem nucum nuclei illiti gangrænas, carbunculos,

ægy-

ægylopas,ac alopecias commanducati,& impositi celeriter sanant.

Recentes stomacho minus nocent, dulciores.n.sunt, quam ob caussam alijs miscentur vt acrimoniam auferant.

Oleum illitum liuores tollit.

Nonnulli ad neruos etiam vulneratos vtuntur.

Post pisces editæ incidunt eorum viscositates.

Potest etiam stomacho aliquid vigoris acquirere, & ventrem cum garo sumpta (sl.viridi) mollire; quocircà non sine magna ratione clamar,cur

A populo saxis prætereunte petor?
Si merui,videorq; nocens imponita flamma;
Et liceat misera dedecus esse semel:
At nux dicta est lingua iam nocitura tua,

hinc Plin.lib.17.c.12. iam quædam vmbrarũ proprietas iuglandũ grauis,& noxia etiã capiti humano, omnibusq; iuxta satis &c. ac inferius subdit esse venenũ. Faucium,& capitis dolorẽ afferunt,& tusses augẽt, & in calidis ventriculis in bilem mutantur; suntq; stomacho inutiles, sitimq; moueant,tum quia vmbra arboris sit noxia non solùm hominibus, vel stantibus, vel dormientibus, quibus stuporem torporem, ac quandam sensuum grauitatem gignere soleant cum minore momento vt Plinij verbis vtar, foliorum vires in cerebrum penetrant; sed animalibus alijs, soloq; ipsi quod tetigit.

Sed cur vmbra Nucis non ita nocet post multa circum verbera, & vulnera,frondibusq; quibusdam priuata.

An quia aer verberibus dissipatur, motuq; calescit, ac animus animosior fiat? vel ab ijs partibus exanimatur insensibile virus vnde discussum non valeat in corporis ambitum penetrare? vel spiritus verbera aufugiunt certè viles, vel crassi &c. vt Plautonici, vt Virg.

Tuq; inuade iam vaginaq; eripe ferrum.
Pro turpi obsequio, ac puerili vitio. Catul.
Da nuces pueris iners
Concubine: satis diù

Casisti nucibus, ac pro inesecrabile, nefandaq; sede tartareorum spirituum virorum,fœminarumq; malignarum concilijs tripudijsq;

Hinc populo saxis est prætereunte petenda.

De Nuce Mega quid qualis sit. Cap.IV.

VOcem famosam monstrant plurimi curiosi,qui ab auis,& atauis, vel per traditionem acceperunt, vel annuentibus aliquibus scriptis. Quicunque .n.exterus qui moram Beneuenti fecerit curiositate sciendi, scribendi, narrandiq; veritate ductus de huiusmodi Nucis historia diligenter nos, aliquosq; ciues est sciscitatus, mea tempestate fuere præsertim Illustriss. & Reuerendiss. V.S.R. DD.V.GG. Lucas Cellesius, Marcus Antonius Cuccinus Rom. Archasius Riccius de Piscia

ſcia Comes Gaudius Caſtellus Interamnæ,& Nahartium Nob. huius nunc Affine prudentiſſimo v. Gubernante Brunono Sciamanno, qui proprijs oculis, pedibuſq; videre, & tangere Nucis deſtinatum locum me duce voluere. Tum Illuſtriſſimus D. Ioannes Oregius Nicolai, & Ioſephi pater, ac Perilluſtr. & Reuerendiſs. D. D. Laurentius Martinus Vic. & Anibal Albanus S. R. filius, & noſtri Eminentiſſimi Archiep. Auditor, & Secret. & Franciſcus Minutulus Patrit. Lucenſis &c. eiuſdem Eminentiſs. Cubicul. Præfectus, ac Perill. D. Anellus de Sotijs ex Baronibus N. S. Nicolai, alijq; qui de noſtræ Nucis famoſa fama in omnibus Ciuitatibus, & locis, quibus adfuerunt teſtimonia perhibere; qui cùm ſint omni exceptiones maiores quieſco. primo noſtri Samnitis Poetæ citati. D. Primic. Macchab. ac vtamur ottaſtico.

De la famoſa Noce il chiaro grido
Ne gli eſtremi paeſi, e ne i vicini
E ſparſo sì, che l'habitante infido
Diceſi poſſeſſor de ſuoi confini;
Quindi i popoli triſti appreſſo il nido
Del gran Plutone, e de ſuoi Cittadini,
Per cotal noce han priuilegio tale
Cha nuocer non li può ſchiera infernale,

Peruſinus Poeta aſſimilans amorem nude lamiæ pag. 9.

Amore è vna laſciua ignuda ſtrega
Ch'al buio, e fra gli horror' ſenza ſgomento,
Con l'oglio del piacer s'vnge, e ſi sfrega;
Indi à caual veloce più che vento;
Sopra'l concupiſcibile appetito,
Alla noce ſen' va di Malauento,
Che ben non ſi può dir doue il mentito
Banchetto, e priuo de l'honeſto ſale &c.

Nux igitur maga deſcribitur, quòd ſit arbor mira quãtitate alta, lata, ramificata ordinato artificio omni tempore Lamiarum oculis viridis à Principe Dæmonum deſtinata, vt nefandorum conuenticulorum, aliorumq; ſcelerum locus primarius.

Hanc deſcriptionem accepimus à lectione quorundam proceſſuum contra Ianaras manuſcriptorum, ac à multis S. R. E. Inquiſitoribus. Ex confeſſione earum, quæ retulerunt ex mente, ac antiqua Longobardorum ttaditione, veterumq; Samnitum, quod illa Nux fere toto anno viridibus frondibus uidebatur, fructuſq; ſuos abundantes piramidali figura, quatrangularibus lineis emittebat, à multis non ſine ſuperſtitione affectabantur; uetuleq; exteræ magni emere ſolebant putantes eſſe contra terriculamenta nocturna, puerorum umbras, ad epilepticos motus geſtas, nec non ad concipiendum maſculinam prolem retentis intra matricem nucleis. Pellegrini aliqui Beneuentani itinere egentes; calliditate uſi famoſis Vrbibus ſimulatas nuces uendidiſſe eo pretio, ut uitam lautã duxerunt. miſera humana natura data malis, quàm bonis.

Vtun.

Vtuntur quædam pro maleficijs etiam nucibus referam dicta Del-Rij lib. 3. 1. p. q. 4. sect. 7.

Anno 1581. in Viuaresiæ oppido Annonaio fuit malefica nomine Boiarona, quæ varijs plures cuique non vno modo dæmones immisit, quibus grauissimè diuexati fuere: in his filius, & filia illius fuerũt, quos nucibus alteri paratis, sed more puerili abliguritis ab ipsis, qui deferebant, singulos tribus dæmonibus possidendos mancipauit. Similia factitabat Strix alia dicta *la Gochonne &c.* nuces .n. vehementer appetunt ex memoria forsan facinorum sub illa.

De loco, & origine. Cap. V.

BEneuentum anatomizauimus in Pet. Med. nostra, ac fusè in historijs, nunc vt innotescat profanus locus nucis describemus. theatrum Beneuentanum, quod perbellè prospicitur in Palatio Castri, aut in Ecclesia S. Michaelis Archang. extra caput Vrbis ab Oriente à porta Summa, representatur .n. quædam vallis triremis figuræ circumuallata, frugiferisq; amænisq; montibus; longitudine plateæ planæ ab Oriente vbi dicitur *lo Stretto di barba*, à quo fluuius Sabbatus ad Occidentem versus montes vitulani per medium theatri fluit ad Vrbem Capuam; per lineam distantem septem miliarijs. A Ciuitate igitur bino miliario non longè à ripa fluminis meridionali, famosa vel vmbrosa Nux, non lux, sed nox in agro D. prædicti de Iannario sub infausto sydere plantata, ac à tenebrarum Principe electa ad ruinam animarũ. Huic loco Nobilissimus D. Octauius Bilocta Patritius Beneuentanus hanc inscriptionem adaptauit.

OB LOCVM.
IAM SVPERSTITIOSA NVCE, ET MALEFICIIS
INFAMEM
STYGIORVM ALITVM STRYGVMQ; NIDVM
A DIVO BARBATO EPISCOPO BENEVENTANO
EXTINCTO SERPENTE LVSTRATVM, ET EXPIATVM
ET OB SVPERSTITIONEM DEINDE REGERMINANTEM
DEI MVNERE, ET EIVSDEM PRAESVLIS BENEFICIO
TANDEM VNA CVM NVCE RADICITVS EXTIRPATAM
ANTISTITI OPTIME DE PATRIA MERITO
SEMPITERNAE MEMORIAE MONVMENTVM.
OCTAVIVS BILOCTA.
P.

Nucis existẽtia in descripto loco probatur primò ex nostrorũ patrũ traditione cum communi Ciuium sententia, ex Bartolo in l. si procuratori falso ff. de condit. causa da, & Succino in rubrica C. de edendo nu. 4. scilicet. Traditio significat factum in fieri, & in facto esse. Tum ex multarum lamiarum confessione, vt in processibus.

Ac D. Inquisitor interrogauit Rosam si sciat vbi erat illa Nux. Respondit, in quodam plano Beneuenti propè quoddam flumen, cuius non longè ab oris, & ripis saltare etiam solitæ sunt. Tum subdit dum reditura erat ad suam domum de mane campana pulsauit pro angelica salutatione; hinc relicta à suo equo martinello, se propè eam ripam abscondere coacta fuit. retinet hodie locus *la ripa delle ianare*, in qua erat ceù antrum aqua plenum, qua æstiuo tempore lamiæ etiam balneantur, aliosq; ludos aqueos exercentes. imò in media nocte S. Pauli, vel S. Ioannis quando steriles ibant in eo loco ad coeundum concipiebant: sed cur, nesciebat.

Quare & si sit superstitio, ac concursus auxilij Dæmoniaci non est impossibile succubos Diabolis semen administrantibus concipere (vnde referunt natos Gigantes, & Herculem, Eneam, Achillem, Alexandrum, Scipionem Africanum, Merlinum, &c.) cum habeant indicibili velocitate malorum virorum fortiorum semen colligere, conseruare, fouere, ac immittere ad dispositam mulieris matricem sub concursu aliquo syderum, vt Spreng. 1. par. q. 4. sed an naturuliter adiuuat balneum aquæ frigidæ ad concipiendum? Ex Galeno 3. de 5. T. 4. Respondetur adiuuare in calidis illis naturis vbi semen statim consumitur, & aduritur, vel liquefit; At istæ lamiæ dicunt se concipere arciianaras, quæ priuilegio extra citationem de die, & nocte possunt venire ad nucem cum suis Ludouicis luxuriando nemine vidente.

Hanc etiam loci descriptionem accepimus ab Historijs huiusmodi locum ad viuum effingentibus (quidquid aliqui mussitando transcurrunt) Codronch. lib. 3. 8. Garzonius plat. v. cap. 51. P. Grilland. lib. 2. q. 7. pag. 41. & 43. quem videas &c. vt Siluester Pierius lib. 2. 136. & Picus lib. 2. strig. alijq; multi.

Sed petijt Perill. D. meus Compater Antonius de Sãctis Locumtenens Illustriss. ac Reuerendiss. D. V. S. R. Comitis Gaudij Castelli pro gub. Benenent &c. Si posset assignari aliqua ratio cur propè flumen?

Præscindendo à loci destinatione, vt postea, speculor aliquas causas supposito quòd in casu Draconis ex omnibus Angelorum Choris spiritus cecidisse, ac varij speciatim locum habuere super quatuor elementa quidam dixerunt, & de aquaticis genus quodam Dæmonum dicunt quidam DD. denominantur aquaticum, quoniam se humoribus immergens circa fluuios, & lacus cohabitat, ira plenum, turbatum, & inquietum, & fraudulentum, tempestatesq; mouens, vitamq; auferens in aquis, & dum apparet fæmineo (vt Naiades, Nereides, & Dryades dicuntur) sexu vestit; nonnunquam verò cum hominibus loquitur, & varias ludificationes exercet, quocirca forsan inclinatione huiusmodi Dæmoniorum aquosa loca diligentia; sicuti alij alia ex Mart. lib. 2. q.

16. vel eorum commoditate pro apparitione fontium, vt confessa est Nobila ianara viridem nucem cum pulchris fontibus vidisse; hūc propè flumen locum elegisse; sicuti in aquis extant conuiuia Nerei, & in maris Eusimi insula, mensa Achillis.

Addit Picus lib. 2. strig. elegerunt, vt conseruaretur locus habitationis Herodiadis Idumeæ propè fluuium Iordani habitantis, vbi ad eam traducere decipit Dęmon lamias; tum vt staret memoria auium sociorum Diomedis in aquis morantium, sl. in luxuria ex Iob 40. dicitur Behemot dormit in locis humentibus, v3. luxuriosis.

An verò ante Christi aduentum fuisset? non repugnat potentiæ cōseruandi, vegetandi, ipsius Dæmonis: nam si eo tempore poterat valdè super rationalia, quò magis in vecetabilia. Post autem aduentum D. N. I. Ch. limitata est. Quod si memoria nominis Herodiadis testari videatur anno S Io. Baptistæ, cuius caput petijt à Tiranno; tamen non probat, quia propriam originem lamiarum volunt à Diana antiquissima; tum etiam Herodiades quoq; nuncupantur aues Diomedeæ, quæ post euersam Troiam, ac ab reedificato Beneuento à Diomede memorantur. Ante. n. diluuium magis abundabat hæc professio vt ex S. Genes. clarescit. Postquam. n. ingressi sunt filij Dei ad filias hominū, illæq; genuerunt. s. gigātes, qui sunt potentes à sæculo viri famosi, super quos explicat Vallesi. qua arte ante diluuium totum ferè hominum genus redderunt bellis immanius, & absurdius. mulieres. n. Dęmonum factæ sunt concubinæ, & omnis caro corruperat viam suam &c. Post quidem abscissam nucem famosius, numerosius concilium à cacodæmone creditur auctum, vt infra.

Nucis infelicis recētioris memoriȩ originē, vt intelligamus. Notādū, vt ex legendario seù Chronica S. Barbati curatoris S. Basilij Murconi, ac Episc. Beneu. quam in Biblioth. Cad. Eccl. Bibliotechario Perillustri, ac admodum Reuerendo Can. D. Francisco Roscio existente legi.

Erat Beneuenti insignis Sacerdos Barbatus, qui tempore Romualdi Ducis claruit actionibus cælebs, & miraculis coruscans. nam dæmonia ex obsessis corporibus aliquando fusis precibus, aliquando tantum eiciebat. Non longè à Beneuenti (antiqui) mænibus quasi solemnem diē sacram colebant arborem nucis gentilitatis ritum tenentes, bestiæ simulacro, quæ vulgo *Vipera* nominatur; flectebant colla, quæ flectere debebant Creatori. & in eadem arbore suspendentes corium sumach (scuatto) celerius equitabant calcaribus cruentantes equos, vt vnus alterum posset præire; atq; in eorum cursu retrouersis manibus iaculabātur, iaculatcq; particulam modicam ex eo commedebant, & superstitiosè accipiebant. S. Barbatus zelo plenus Deum sæpè orabat, vt nobilissimam Ciuitatem Regni caput, ab illa cæcitate idolatriæ mundare dignaretur, sæpè palàm feruore magno prædicabat, cùm en Deus dat ex inimicis salutem Ciuitati.

Cōstantius Imperator innumera multitutine suorum collecta coaceruato exercitu cum diuersis bellorum machinis Samniam circumiuit. Romualdus autem interea cum paucis Longobardis fortissimis

viris,& ciuibus se tuebatur ; cumq; præfatus Princeps, & eius ciues vndiq; se arctatos conspicerent, & frequentissimis prælijs lacessarentur,penitusq; ab eis spes salutis esset ablata:& capiendos se fore à prædonibus diripiendos indubitanter conspicerent:decreuerunt, vt Vrbis patefierent portæ, & vtriusq; sexus pugnando interirent : sicq; valido eiulatu cuncti flentes se mori præparabant, nec ad orationes, & alias pias res recurrere recordabantur.

Arrepta occasione S.Barbatus eminenti loco publicè orauit, ac increpans peccata Ciuium, nefandæq; arboris Viperæ idolatriæ, dixit; abicite quem amastis; recipite quem odistis; despicite quem hactenus venerati estis;amate fideliter quem despexistis; amate Iesum Christũ, & ad Sanctiss.suam Matrẽ M.VIRG.corde puro confugite: conuertimini ad Deum,ipse destruet bella,& elatos destruet montes,& humiles saluabit. Quæ & alia Dux Romualdus, & Ciues audientes, se S. Barbato obtulerunt; promittens Princeps statim illam idolatram arborem euellere,& ad vnguem abseruare obseruariq; agere leges. D.I. Ch. Tunc solemniter, ac magni animi pietate Dux cum ferè omnibus Ciuibus secutus est S.Barbatum,qui errepta Romualdi manu,vt oculos ad cęlum extolleret dixit. V.Mariam tibi ostendam,quę ad Deum Saluatorem pro nobis preces effundit, & exaudita ad iuuandum nos venit: Quo audito Romualdus lacrimas præ gaudio effudit, & vterq; abeuntes murum visa Genitrice, in faciem cecidit nimio pauore perterritus, & pænè exanimis solo consternatus iacebat: quem vir Dei Barbatus à solo leuauit, ac ad populum reuersus iam nobis placata est Dei ira inquit state promissis ne deterius post hæc vobis contingat:Ac scitote quia Cæsar Constantius & eius exercitus Beneuentum non penetrabit: sed concitè suos adibunt fines: Sunt longæ hic historiæ de Gesualdi fide (vnde stirps nobilissima Gesualda) de Vittola Duce Capuano,sed alibi:

Discessit ergò exercitus,ac Beneuentum gloriosæ libertati; quæ nõ redimitur auro;Dominus remanuit. Tunc Barbatus creatus Episc. ordinata publica rogatione ad contaminatissimam arborem se contulit, repenteq; suis manibus securim accipiens eam à radicibus incidit, & defossam humo. Desuper terre congeriem fecit, vt quis nec inditium de ea postea valuerit reperire, è radice tamen squamosus, & famosus, horrendusq; extulit serpens Diabolus, cuius visu omnes aufugerunt, quem S.per aquæ bened. aspersionem mactauit, & euanuit. Quo in tempore non solùm alatæ viperæ idolum, sed bini capitis luctantis amphisibenæ simulacrum, quod à Longobardis Romualdo colebatur dissipauit; illo nolam,hoc calicem,aliaq; Basilicæ ornamenta componi curauit.fuerunt hinc initiatæ duæ Beneuent. nobilissimæ familiæ. fuit postea anno Sal. 680.à D.Papa Agatone vocatus ad Concilium.

Hæc dæmoniaca simulacra euersa admodum displicuere tartareo superbiæ Auctori. Ac omnium inferorum conuocato concilio decreuit ad despectum S. Barbati illam arborem nucis dirutam; ni esset regenerare permissum, altam, pulchram, & viridem saltem apparenter,

melioriq; pompa in nocturnis magis famosis, festiuisq; cõgregantibus omnibus suis cum ijsdem forsan idolis videndũ fore. Ac omnes vi maiori arteue ad augendam, propagandamq; hanc congregationem conari, iussitq; hoc in loco principalem suam sedem collocari, omnesq; ex vtroq; sexu pacto recipi. Nam cùm Samniæ sit sedes principalis in Italia nunc sub imperio S.R.Eccl. vt signo Crucis bella vincat, tot Sãctorum ciuium, ac exterorum colendis ditatæ reliquijs, vt noto 395. ad eam oppugnãdam necesse est nostrorum præliantium numerum, & robora augere. Sic ore spumantur sancire putatur.

Neque est erroneum tenere, vt alij tenent, sæpè nucem illam vi dæmonis esse pullulatam, & ab Illustriss. alijs Archiepisc. funditus abscissam. at ego ob reuerentiam S. Barbati regenitam esse à Dæmonio Deũ minimè permisisse autumo.

Est verò in descripto loco alia nux alta, lata, & caua, in qua tres possunt abscondi homines; sæpèq; sub hac reperta ossa, ossiculaq; carne recenter nudata ceù signa lamiarum conuiuiorum. ità vt multi suspicati sũt hanc fortasse pro illa antiqua electam, ac destinatam his temporibus à tenebrarum Principe. Etsi interrogata Violanta in processu Curię quõdam Illustriss. (nunc Eminentiss. verè Nepotis) D. Card. Columnæ f. m. 1519. Mense Iunij strigum de Terra Pontecorui, quod fallum dicebat de nuce Beneu. viridi cum frondibus cum in dicto loco nunc non sit aliqua nux? (eo.n. tempore aberant) Respondit id nescire, sed benè viderat nucem virentem, amplam, & frondosam propè fluuium, & fortè hoc est ex potentia diaboli cum ipsa videbat, palpabatq; Hoc caput sequens ponitur petitioni Perill. D. Francisci Minutoli ex prosapia vetustissima Lucensis Reip.

Cur arboris Nucis vmbras elegerunt, & cur Beneuenti. Cap. VI.

PRæpositio pulchrior erit si quæ ratio nobis inueniretur, cùm nullus hucusq; vt sciam id cogitauit, neq; striges illæ interrogatæ aliquã reddere rationem poterant. asserebant tãtùm; quia sic fuit antiquitus, sic Lucifero placuit, ac veniunt ad huius nucis, & loci vmbram ob assignatam deuotionem; veluti Christiani propter piam aliquam animi pietatem solent visitare pro indulgentiarum acquisitione aliquod Tẽplum certo die, vt die Veneris S. Petri, vel Pauli Ecclesiam &c. aliasq; ceremonias obseruare, de quibus nesciunt reddere causam. Nam nec proprium id est nucis; cùm felicissima est altera Nux Constantinopoli, in qua Martyr Acathius appensus tormentis fuerat excruciatus, cuius sanguine irrigata adhuc virens in memoria hominum perseueret, & sit in posterum permansura, ex Baronio Maij 8. Niceph. h. 13. c. 38. Ipse vt mei magni debentis animi arram tanto repræsentem viro hæc insero.

Diximus in 1. cap. cum Plin. vmbram nucis peculiariter sensus capitis vitiare, quare Demon qui pro auxilijs solet vti passiuis naturalibus, vt striges maiori efficacia eorum sensus à rerum diuinarum consideratione obcæcentur, sub illa sensus alios miseros, ludos, conuiuia, vsusq;

vene-

venereos, animiq; expletionem admittit, ac excitat.

Tum quia sub vmbra nucis melius conseruantur, & stimulantur tripudia; cum soli nuci cadendo somnum, & tripudium, seù sonum dare datum sit ex Pl.l.15.12

At vt allegoricè discurramus vmbra nucis electa fuit ad patefaciēdam lamiarum hippocraticam naturam. Nucis.n. vmbra in apparentia grata, & iuuans videtur, in existentia, effectuq; nociua, & naturaliter vetitum est dormire sub illa, sic externè, vt tot sanctificetur cum coronis apparent ianaræ; quibus abutuntur vt alias, aliosq; decipiant, & ad concilia trahant; dici potest cum Matth. 7. veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, & in vmbra mortis sedent. Secundo vt manifestum sit inter eas, & Christum D. esse eclipsim. vmbra .n. est luminis impeditiua ex psal. 73. Tertio vmbra præcipuè nucis propter frigiditatem est somni prouocatiua, sic Iob 4. sub vmbra dormit in secreto Thalam. lamiæ dormiunt dictis Dei; vigilant illis Sathane, indicaturq; immobilitas eorum peccatorum; & per hanc nucis vmbram extinguit suorum mancipiorum charitatem, nam cùm diligant illa infamia vitia, paruifaciunt Dei charitatē. Quarto vmbra nucis vi similis est serpentium amica, vnde Coluber, quasi vmbram colens; ità amore similis tartareus coluber elegit, sub radice mactatos à S. Barbato. Quinto ūmbra nucis est sterilitatis inductiua cum sub ea nil quasi crescat. Ad hanc in animis Magarum sterilitatem firmandam eam Dæmon destruit. Sexto nux dicitur dicata Proserpinæ noctis, inferiorumq; Deæ, ideò illam colunt, &c.

Secundæ parti Respondetur esse falsum Beneuenti tantū nucem affectare; sed alios multos locos prout Principi placet, & statuit. imo sicuti Christiana fides in omnibus mundi partibus, ac Prouincijs fundamenta posuit, Prouincialesq; Duces constituit. ille superbus Dei simia in omnibus Prouincijs, & forsan Ciuitatibus magnis posuit suos cętus, suaq; conuenticula, sic Martin. plures locos memorat, vt videre est in lib. 2. q. 6. & alios alias, Anania fab. m. 65. narrat regionem Collam sicut nefandam, famosamq; nucem Ben. Remigius lib. 1. Spina c. 17. &c. quos breuitate prætermitto, Spina tamen cap. 20. idem declarat, memoratur Regionem Iordanis, & nucem Beneuenti &c. ac etiam conijcio Herodiades aues Diomedis socios colere, ac ob suum Ducem edificatorem, aues .n. illas omnibus inimicis impetum facere præter suos Græcos fabulantur. aues autem sunt Dęmonis mancipia, vel ipsemet cunctis suis hostibus bella irruens, ac alliciens striges amicas, hinc Iob 40. num quid illudes ei quasi aui? & in 32. Deut. Deuorabunt eos auis morsu amarissimo, & dici potest his lamijs vt in Prou. Auis transmigrat de loco suo.

Dum hæc scriberrem à Perill. & Per Reuer. D. Can. Reg. Lat. Abb. Angelo Tuso fratre D. Francisci equest. mil. Ducis, & Petri, ex antiquissima prosapia de Baronibus Tusorum, (vt Falco. B.) monstratum fuit quoddam instrumentum sub anno. 1273. 24. Feb. Iudice Guadasio Spitamenta N. Roberto, vt in Archiuio portæ S. Barb. 1289. & Biblioth.

blioth.Cathed.Ben.filsa 4.f.59.1236. in vltimo subdit à Pesco, quod est iuxta stradam, qua itur à Beneuento ad Petrapulicinam, & re quæ dicitur esse Ecclesiæ S.Ioan.de curia, & vadit per dictam stradam vsq; ad rem Ecclesiæ S.Spiritus de Beneuento, quæ est iuxta nucem dictam ianaram. Hæc memoria doceret duo, primò diuersos tripudij Beneuēti locos, vt tegeretur locus propijssimus dictus. Secundò nuces eis esse caras.quamquam est traditio, quòd sub illa nuce capta fuit quædā ianara (& forsan Alcinas) quæ redibat à cursu tardè, sonuq; campanæ.

De Facinoribus sub Nuce Beneuentana. Cap. VII.

GEsta sub hac Nuce tanquam orbis cathedrali fiunt solemniora, quàm in alijs congregationibus, de quibus latè DelRius lib. 2. q.16. Grilland. de sortil. & alij. colligam recentiora pauca in Curia Archiep. à lamiarum confessionibus excepta.

Multi hos cætus vocant ex Gentilium fabula ludū Dianæ, aut Herodiadis, vt Despina refert; Fingebatur.n.ab antiquis Diana noctis diuitiarū Dea; cuius honore celebrabantur in suis ludis cantus, saltus, & sonus, ordine contrario, seù præpostero, ac omnia genera Venereorum inter Ninphas, & Barones veteres; hinc ortū prouerbiū *l'amicitia meschiata di Homero*, interq; alias concurrebant Napeæ syluarū, Oreades mōtium, Driades arborum, Nimphæ, & Deæ falsæ: Post verò multos annos eadē sortia sunt Herodiadæ Idumeæ, quos ludos vulgus appellat *il gioco della Donna*; huicq; Dianæ conuiuio assimilatur mensa dicata soli, vbi carnes portatæ crescunt enarrata à S. Hieronymo ad Paulinum, quæ est esca, nassa dæmonis decipiens gulosos & lasciuos, vt de illa Nærei &c.

Tempus eundi ad cursum aiunt DD. absente Sole in medio silentij, & tenebrarum. Picus dixit de nocte Lunæ, & Iouis. Remigius, noctem quæ præcedit feriā tertiam posuit. Comanus noctę quæ præce... feriā sextam. Cōmunior verò sententia lamiarum est quòd ferè omni nocte nefanda fiunt conuenticula, in diuersis tamen Regionibus signatis, & si non adstringuntur ire nisi conscriptæ in illa congregatione Prouinciæ.

At ad Nucē Beneu. transferri in nocte Veneris (puto ad spernendū diē passionis D.N.I.Ch. eorum catenæ) & est hæc congregatio caput aliarū, possunt quoq; de die præstigiosè sub nuce, vel alio loco libidines suo arbitrio, ac cupiditate exercere, sicut euenisse cuidā D. Benedicto ignito pro sua Armellina refert Picus, & Pindarus narrat; quod amoris sermones; venereaq; nocte antiquitus gerebantur, ac luce apparente finis imponebatur. *Mi ha flato l'aspro Oriente con l'equi anheli.* ac Meāder, *ò notte è bisogno à te assai carnali piaceri.* ideò qui malè operatur lucem odit &c.

Sed ad nucem non omnes striges voluntariè venire queunt nisi conscriptæ; aliæ autem obtenta licentia, vel publicato edicto, aut citatione pro solemni die à suis Magistrellis. Arcilamiæ verò sine venia, & citatione priuilegium habent suo velle adire, vt passa est Violanta. Dicūtur Arcijanaræ eæ, ortæ à matre, vel patre Mago, aut auis, vel atauis.

Dum

Dũ veniunt in die aliquo indeterminato ad nucẽ,signum est magni, nouiq; facinoris,vel adscribendi causa aliquã nouitiã, vel puniendi inobedientes,vel laudandi lamiã,qua virgo infame sua calliditate deflorata est,sicut.n.magni animi pietatis est virginitates defendere,conseruare,ità actio contraria dæmoniaci est.Cur permittat Deus? enodauimus lib. 1.p.42.at cur innocẽtes,ac simplices permittat adire ad nefandos cętus? Ratio Respondit vt sint testes de visu:& Martinus li.2. q. 16.in Prouincia Deirorum narrat de Rustico,qui in huiusmodi conuiuijs vasculum materiæ incognitæ;sed ditissimum , sibi offerens à quodam ianitore strigone ad potandũ accepit , ac concitus fugiẽdo rapuit, donauitq; primo Regi Angliæ,hic Scotię thesauris proposuit quod curiositate inspexit Henricus II. ac à Guillielmo Reg.designatum. Menghus in lib.2. compendij cap.14. aliud exemplum de nuce narrat, sic Prierius lib.2.p.138.de quodam alio.

Vt morem geram curiositati Perill.D.Autenoris Benedicti omnibus virtutibus *D*.Locumtenentis Beneuenti , ac nunc dignissimi in Rom. Capitolio Iudicis,& Fiscalis &c.de gestis sub nuce summariè petentis.

Nefanda perstringo, sed euitanda,.eludenda. Veniunt ad nucẽ (vel ad alia loca,vt scribunt DD.) lamiæ citatæ prius a Magistrello,& sunt illæ,quæ abiurarunt Deũ Creatorẽ trinũ in vnitate,simplicitate,(proh scelus) fidẽ Christi, V.M.& omnes Sanctos, ac Sacramenta S.Ecclesiæ propriũ Baptismũ.iterumq; baptizatę,seù signatę stigmate sub mãma sinistra,vel lacerto eiusdẽ bracchij.Solẽni pacto corã Principe , vel suo Martinello,adstipulante Not.deputato seruire obligatę seruire Tartareo Regi,omnibusq; suis iussibus obedire,pactoq; partiali adstrictę ad Sacramenta cuncta conculcanda , vituperanda, ac ad reducendas quas possunt ad sectas,congregationesq; proserpinæ.

Tùm permittuntur quædam peccata confiteri hippocraticè;sed nũquam se esse lamias,& ire ad cursũ. Confessæ postea irrideant de cõfessione,& pænitentia,ac de S.Euangelio;imò tacitè mussitent,mentiris? hostiæq; eleuationi insultando , odia excitantes , stupra patrantes , ac adulteria,maleficia,puericidia, omni luna homicidia facientes. Se proprio sanguine ex sinistra mamma effuso adstipulante strigimago scriptis promittere se debent &c.

Princeps tenebrarũ abliciens è contra se obligat (quæ obligatio mẽdacijs plena) vitam longam,diuitias promittendo,& semper videntur mendicæ,delitias, gaudia lasciua, victorias cõtra inimicos suo arbitrio præstare,assignans vnũ particularẽ dæmonẽ dictũ amorosum Ludouicum,aut migesterlũ,seù martinellũ,vt voluntati lamiæ pareat; ac appareat ei in forma humana,en non irridendũ dicitur, dæmonũ apparere t cum omnibus mẽbris,pedibus exceptis ocæ.nam hęc est dicata Isię seù *D*ianæ, quod animal striges venerantur. Tum decipit eas dæmon promittens post mortẽ collocare in aeris eleuato,appellariq; Fata. Adhibetur ab ipsis ad cursũ vnguentũ vnctionem iubet dæmon ob ceremoniã, vel forsan ad sensus obstupefaciendos ; Tandem super aliquod delectabilius quoddam animal diabolum, vel scãnum,baculum, sedẽ,

equi-

equitando proportionato, sed velocissimo temporis spatio aerem aperiendo,ne suffocentur,vel inflāmentur, ad ludos nucis ducuntur.pręire primò solent lasciuiæ choreæ,sonus,tripudia,à tote planitie ad nucē cū sēper sint vltra 2000.mulieres cū suis strigonibus, vel Ludouicis. candelis aliquādo piceis manibus accensis, tū ad mensas edulijs lautis positas; vel dæmonibus traductis, vel ijsdē lamijs allatis sedent; ac epulātur; vnaqueq; cū suo amante, factis prius benedictionibus nefandis, ac gratiarū postea actionib⁹ ad Principē tenebrarū,vt auctorē rerū agnoscerēt; veniuntq; postea ad conferentias maledictorū suorū facinorū p Principis tributo, & honore:istumq; sedentē regio sceptro hirciesfigiē represētātē resupinē, vel cruribus in altū iactis piceis cādelis, aut filijs oblatis adorant; pedes, & obscęnū stercora os oscula fingunt, & siquæ Sacramenta raptim duxerint sub pedibus ponunt, ac horresco referens &c. Aliæ liuidæ maleficia fabricant corā omnes,petentes ab eis manus robur immittēdi morbos, vel occidendi, vel ad amorē inflāmandi. hinc iubet Principis laudari illas,quæ maiora,& plura curauit stupra,adulteria,odio,morbos &c. inobedientes sine adequata causa, quę ad ludos venire recusasset,flagellis puniri Demū ad venereos exercendos,& abhominādos vsus, vel cū strigonibus, aut cū dæmone magistrello corpore assumpto aereo, vel materiali tactu frigido, & molli, se se præbent, vtrāq; venerē exercendo, tū ob maiorē delectationē, tū quia dæmō vitio hoc sodomitico longā vitā promisit vtentibus, sicuti Ganimedi, ac Brāco Pastori,& Asiatico Taamirę, infamiq; Orpheo: hinc natū quod citereæ orpheæ sonus sensu trahebat animalia. Expletis his, hircus cōburitur,fit puluis;cuius tanquam thesaurum vnicuiq; dæmō proprius impertitur, ad hoc vt vtantur pro maleficijs, superstitionibusq; alijs (plura tibi D. Antenores in historijs,si Deus permittet.)

Cur verò forma hirci, vel caprę colitur, vel apparent in Regione, præsertim Beneuentana strigonibus dæmones,pro nunc respondetur id fieri ad conseruandā antiquæ idolatriæ Longobardorum memoriā,qui adorabant hircū,capræq;caput ex Greg.l.7.ep.7.Martini l.6.pag.157.

Sed miseræ,stultæ,obcęcatę,minimè animaduertentes persuasiones dæmonis falsas,in cuius fronte legitur; allicit & decipit: nec fallacem, apparentemq; inferorum potentiā.nam solo verbo IESV, vel B.M.V. sonu cāpanæ:quid? galli cātu,euanescunt; horrescunt;& capiūtur, tormentis cruciantur, vruntur. sunt alia vetita curiositati tuæ.

Accedere non recuso pro veritate,ac Patriæ defensione,de qua multi non rectè iudicant:quia esse strigimagā mente conceperunt. Tumet sis testis pie Lector,qui libris de sortileg. processibusq; studuisti; vt Remig.Ponzinib. Grilland. Spreng. Viad. Auc. Mall. malef. Codronch. Despina.Garzon. Prierio, Budino, Alfon.à Castro, Io:Gers.Th. Muiner. Tyraeo Mart.DelRio &c. reperisti ne vllā verā Beneuentanā artis dictæ tinctā? non quidē. At malæ exteræ,& mali exteri Beneu.vitiant. De præseruatione à Lamijs conducunt scripta in lib.3. c.2.& 8.& lib. 5.c.13.illa perquire,& vtere.

FINIS.